




CAABI BEN-SOHAIR

CARMEN IN LAUDEM MUHAMMEDIS DICTUM

DENUO

MULTIS CONIECTURIS EMENDATUM, LATINE VERSUM
ADNOTATIONIBUSQUE ILLUSTRATUM

UNA

CUM CARMINE MOTENABBII GRATULATORIO
PROPTER NOVI ANNI ADVENTUM

ET

CARMINE EX HAMASA UTROQUE INEDITO

EDIDIT

G. W. FREYTAG, Dr.

PROF. PUBL. ORD. IN UNIVERS. BORUSS. RHEN.

HALAE

APUD C. A. SCHWETSCHKIUM

MDCCCXXIII.

VIRO ILLUSTRISSIMO

LIBERO BARONI

STEIN AB ALTENSTEIN

IN BORUSSIA RERUM SCHOLASTICARUM OMNIUM PRAESIDI

ETC. ETC.

LITERARUM ORIENTALIUM

PATRONO ET MAECENATI


OMNIBUS LITERARUM AMATORIBUS

PIE COLENDO

ANIMO DEVOTISSIMO

D. D. D.

AUCTOR.



Quod diu optabam, vix sperare audebam, jam perfectum est Tua erga nos benevolentia. Jussu Tuo sub praesidio cl. Wilkenii typi Arabici Berolini confecti sunt, ut omnes Borussiae Academias ornarent. Tibi igitur debentur primitiae in nostra alma Academia his typis expressae, Tibi eas laeto gratoque animo mitto. Tenue quidem specimen est, et magis argumenti gravitate, quam doctrina ingenioque nostro Te dignum; sed quae est Tua humanitas benevolentiaque erga nos, non dubitamus, Te et hoc benevolo animo accepturum esse; non minus autem novi anni adventus gratulationes, quas in carmine Motenabbii poetae Arabum celeberrimi expressas cum eo conjunximus. Addat Summum Numen vitae Tuae octo, ut dicit poeta, (V. 39.) laeta lustra, et, si fieri potest,

plura etiam; speramus enim, fore, ut respublica nostra, quum Te Maecenate in multis literis alias anteeat, in nostris nulli cedat. Etsi autem Tibi non placeat gratulandi modus; at certe non displiceat gratulantis voluntas; nam poetae verba et nostra sunt

ربما لا يعبر اللفظ عنه   والذى يضمر الفواد اعتقاده

Etsi verba non exprimant desideria pro Tua salute, vera mea cogitatio in animo latet.

PROLOGUS.

Multa sunt ex antiquitate laude praeclara Arabum carmina, nullius vero auctor aut gravius tractavit argumentum, aut majori est honore affectus, quam poeta qui laudem Muhammedis cecinit. Carmina enim in celeberrimis habenda, Moallakat dicta, laudibus quidem ornant heroum virtutes, eorumque auctores in hominum ore erant; sed Caabus ben-Sohair laudibus celebravit Dei immortalis legatum, et ab hoc pallio suo, a posteris tanquam summi imperii, Chalifatus signo venerato, honoris causa vestitus est. Quod carmen, aliorum minus celebrandorum laude jam dudum in orbe literatorum circumlata, usque eo omnibus ignotum erat, donec a Reiskio summo viro et de literis Orientalibus bene merito, in Taraphae editione, primum eruditorum notitiae tradebatur. Lettius vero hujus viri, cujus amicitia gaudebat, suasu commotus consilioque adjutus anno millesimo septingentesimo quadragesimo septimo cum versione et adnotationibus hoc carmen eruditis tradidit. (conf. nova acta Eruditorum Lips. ann. 1747 p. 689) Reiskius carmen Lipsiae descriptum cum Lettio amico suo communica-

verat. Ille quandam editoris perfidiam questus in novis actis modo citatis p. 688 dicit »Gratius mihi fuisset, si loco σοβαρου istius καὶ ἀερώδους κόμφεύματος simpliciter dixisset, quod ego ipsi primus auctor, suasorque fuerim edendi Caabi, quob ipsi eum in finem commodaverim apographum meum codicis Lipsiensis, quod ipsi subministraverim lectiones variantes ex Sebekaeo, quod usus fuerit mea directione in concinnanda sua versione, et meis emendatiunculis in scholiasta.« Vides igitur, hanc Lettii editionem partim ipsius esse, partim Reiskii, sed ita est instructa, ut nullo modo, quae sint ipsius, quae Reiskii discernere possis. Pauca Lettius de carmine, de poeta, de codicibus in usum adhibitis monuit. Carmen e codice bibliothecae Senatoriae Lipsiensis, quem Reiskius descripserat, adjutus ope codicis Lugdunensis edidit. Cujusnam auctoris sint scholia edita, num Tebrizii, uti Reiskius in notis ad Tarapham p. 66 suspicatus est, an alius, ex editoris sententia in dubio est. Se nonnulla, sunt Lettii verba, aut inepta, frivola, aut manca ad exemplum viri cl. Schroederi, cujus usus sit apographo, aut emendasse aut amputasse, nonnulla adhuc jacere in mendo. Hoc autem Schroederi apographum descriptum est ab apographo Reiskii, emendationes, quas Lettius tam suas, quam Schroederi esse dicit, tanquam suas ad se vindicat Reiskius. Inde quos tres in adnotationibus ad carmen nominet Lettius, codices, nil nisi duos esse, efficitur. Quas varias ob causas editorem vehementer vituperat Reiskius in novis actis eruditorum, praecipue autem versioni, quae sit nimis literalis, ideoque saepe obscura et praeterea saepissime a sensu auctoris sui alienissima

quamvis et cel. Schultensius ejus elaborationi invigilavisset, omnem eripuit laudem. Hic dum editoris versionem merito non adprobavit, suam, quam tanquam specimen carminis vertendi dedit, ita instituit, ut saepe paraphraseos potius, quam versionis nomine appellanda sit, quod non minori dignum videtur vituperatione. Quod vero in hac Lettii editione summopere vituperandum erat, id Reiskius, quia ut videtur non animadvertit, omnino silentio praeteriit. Abundat enim vitiis omnis generis in textu Arabico tam in versibus, quam in scholiis. Licet in ea videre vitia et in literis et in punctis, non minus contra metrum, quam contra grammaticam et sensum commissa, ut paene nullus versus, nullum scholion iis careat. Quod, ut supra indicavimus, editor, se nonnulla amputasse, adserit, id, quo loco factum sit, non indicatum maxime dolemus, ita enim, quae vitia sint codicis, quae editoris, minime judicari potest. Reiskius, qui magis quam alius rem inquirere potuisset ac debuisset, eam silentio omisit. Codicum ope vitia facile corrigi possunt, his destitutum ex textus interna conditione, quae res sit, quaerere oportet. Quae vero textus conditio quum ea sit, ut lectoris voluptatem minuat, eumque ab intellectu carminis probibeat, viris doctis haud ingratum futurum putavi, quod quamvis codicum ope destitutus essem, textum emendare tentarem. Quum et typorum Arabicorum precibus meis nostrae almae universitati donatorum speciminis edendi occasio offerretur, et gratias pro hoc beneficio agendi officio fungendum esset, inter ea, quae sine multi laboris et temporis impensis, sumus enim aliis gravioribus occupati, edere

possemus, hoc carmen prae aliis et gravitate sua et pulchritudine dignum, quod correctius typis ederetur, visum est. Quum vero ea esset libri conditio, ut non nisi multis vitiis correctis a literarum Arabicarum studiosis bene intelligi posset, majorem in hoc melius edendo laudem mereri nobis videbamur, quam si novum aliquid emisissemus. Ita enim non solum ad veri sensus cognitionem ducuntur, sed, quod majus est, monentur, ne falsa pro veris habeant neque erroribus animum imbuant. Tali quoque modo vitia inveniendi et corrigendi ratio modusque ostenditur, quod, quia et alii libri vitiis scateant, magnae utilitati esse potest. Accidat enim in librorum Arabicorum penuria eosque comparandi difficultate, necesse est, ut tales libri in eorum manus veniant, qui aut sufficiente linguae Arabicae intelligentia destituti, aut ingenii acumine contra errores non satis armati sint. Et quum in scholis Arabicis non solum libros bene editos sed quoque vitiis abundantes, in quibus discipuli vitia invenire, et corrigere edoceantur, explicare soleam, juvenes propensiores esse, in textu impresso se continere, quam ejus vitia investigare, experientia edoctus scio. Qui autem, vel omnia falsa corrigere, vel ut a scriptoribus in lucem prodiere, in integrum restituere, mihi in animo esse putaverit, eum errore ductum declaraverim, multum enim abest, ut hoc me valere confidam, ut si alia in integrum restituerim, alia saltem verisimili modo, ut a verae lectionis sensu haud prorsus abhorreant, correxerim, in eo acquiescam. Ne vero aliquis, nos fortasse inconsideratius in re egisse, et sine necessitate emendasse, existimet, aliquid de

causis, cur et de modo, quo factum est, praemonendum. Duo sunt, quibus tanquam viae ducibus in textu corrupto uti nos oportet, ad verum inveniendum, grammatica et sensus, quibus tertium in versibus, metrum dico, accedit. Duobus prioribus uti difficillimum, quum enim apud scriptores Arabicos et cogitandi et loquendi modus a nostro alienus sit, sensum perscrutari, saepe difficillimum est, et fieri potest, ut propter minorem linguae et cogitandi rationis intelligentiam textum purum pro corrupto habeas, in quem errorem et viri doctissimi incidere. Ita in versu octavo carminis nostri Lettius in sensu, ut videtur, errans bonam textus vocem in falsam mutavit, et ob eandem causam Reiskius, magnum aliter ingenii acumen probans in quadragesimo quinto versu carminis voces اهيب عندى falso enunciavit modo. Altera quidem res, grammatica nempe, facilius et securius in usum adhiberi potest, sed quum latius pateat, quam ut minutiora interdum in ea non negligamus, et quum a nostra cogitandi et construendi ratione omnino abhorreat, et ea non caret difficultate, id quod interdum in causa fuisse videtur, cur aut vitia, novo construendi modo admisso, non emendarentur aut genuina lectio deleretur. Ad prius ex his illustrandum aptus nobis videtur versus quadragesimus secundus ex Tarafae Moallaka, quam edidit Reiskius. Sic in editione sonat versus

احلت عليها القطيع فاخذمت وقد خب ال لامعز المتوقد

Primum pro لامعز legatur الامعز, tum vero pro القطيع legendum بالقطيع. Reiskius, ut videtur, posteriorem vocem non

correxit, quum a Scholiaste vox احلت voce رفعت explicata sit; ipse vero illi voci eundem construendi modum ac huic tribuerit. Quia vero est verbi احال sensus »contra aliquem cum aliqua re irruere«, cum ب instrumenti et على personae construitur, quam emendationem et metri ratio confirmat. Ita grammaticam ob causam in eodem carmine v. 25 pro معال legendum معالى v. 56 pro تعلى legas تعل, v. 67 pro يناى legas ينانى. Adde his versum 92, in quo pro كامرى legendum est كَـاَمْرَءٍ et pro غناى legendum عنائى v. 93 in quo pro باجتماع legatur necesse est باجماع. Omnes has emendationes metrum probat. Tertium quod dixi, metrum ex tribus illis certissimus est dux, nam in versu metro lectionem repugnantem, etsi sensui et grammaticae conveniat, pro errore quin habeas, non est, quod dubites. Imo fieri potest, ut verbum et contra grammaticae regulas, metro jubente corrigendum sit, sunt enim apud poetas licentiae quaedam contra grammaticae regulas admissae. Quae res quum a nonnullis in dubium vocari possit, exemplis probanda est. In postremo quod edidit cel. Schultensius et post eum Michaelis ex Hamasa carmine legitur secundus versus apud Michaelem:

كم من فتى قصرت من الرزق خطوته
القيت بسهام الرزق قد فلجا

Metrum carminis tale est:

— — ◡ — | ◡ ◡ — | — — ◡ — | ◡ ◡ —
— — ◡ — | ◡ ◡ — | — — ◡ — | ◡ ◡ —

Jam prius hemistichium metro non aptum esse videtur, tales enim sunt pedes

— — ◡ — | ◡ ◡ — | ◡ — — ◡ — | ◡ ◡ —

Vides una syllaba brevi abundare tertium pedem. Nihil vero in hoc hemistichio mutandum mihi videtur, adhibenda quaedam syllabarum contractio, quam, licet haud solita sit in aliis, quod scio, libris praeter Alcoranum, in poetis admittere haud dubitaverim. Litera *Nun* in enunciando saepe similis fit literae *Ra*, ut dicatur pro من ربكم min-rabbikom, mirrabicom Sur. II. 48, quod non in omnibus Alcorani codicibus signis indicatur, et ut in aliis casibus et hic articulus elidi posse videtur. In usu autem esse in versibus contractiones, in versu carminis Taabbatha Scherran, in Hamasa carminis duodecimi adparet,

فادركنا الثار منهم ولمّا ينج مِلْحَيَّيْنِ الّا الاغل

nam vox ملحيين contractu est ex من الحيين

Admissa igitur in versu nostro contractione ita sonat hemistichium

Cam min fatan	kazorat	mir-riski choth	watuhu
— — ◡ —	◡ ◡ —	— — ◡ —	◡ ◡ —

Alterum versus hemistichium hos habet pedes

— — ◡ | ◡ ◡ — | — — ◡ — | ◡ ◡ —

Huic vitium inesse, deficiens in primo pede syllaba longa patefacit. Quum autem verbum careat objecto, pronomen tertiae personae ei addendum videtur et legendum أَلْفَيْتُهُ, et hoc apud Schultensium legitur. Tum metrum perfectum. Et in sequente hujus carminis versu idem metrum, quamvis nihil grammaticae regulis repugnet, nos emendare jubet. Ita legitur versus

انّ الامور اذا انسدت مسالكها
فالصبر يفتق منها كل ما ارتتجا

Pedes sunt

— — ◡ ◡ — | ◡ ◡ — | — — ◡ — | — ◡ —

In primo pede, ut vides, syllaba brevis superfluà est, in quarto longà syllaba loco brevis posita. Vox يفتق, in secunda conjugatione scripta, in primam ut apud Schultensium est mutanda. Pro voce ارتتجا scribendum رتتجا.

In carmine quod numerum 28 apud Michaelem habet ex Hamasa sic sonat apud hunc et Schultensium primus versus

اذا ما الخليل احدث لى صرما
ومـا الصفـاء او قطعـا

Si sequaris punctationem a Schultensio his vocibus datam tales sunt hemistichiorum syllabae

◡ — — ◡ — ◡ — ◡ ◡ — — —
◡ — ◡ — ◡ — ◡ ◡ —

Vides posterius multo brevius esse, quàm prius, id quod metrorum ratio non patitur. Ut videtur Schultensius homoeoteleuto commotus, quum putaret, priori hemistichio eundem ac posteriori finem esse, vocem صرما in fine prioris posuit hemistichii. Sed res non ita se habet, neque hoc necessarium, neque vocis صرما homoeoteleuton idem ac aliorum versuum, qui عا homoeoteleuto gaudent. Quid faciendum? Addita hac voce posteriori hemistichio, hoc priori longius est, quod non item probandum esse videtur. Videamus autem, quinam sint, addita hac voce, posterioris hemistichii pedes. Sunt tales

— — ◡ — | — ◡ — ◡ | — ◡ ◡ —

Bene autem se habet metrum in hoc hemistichio, quod in aliis carminis versibus normae المنسرح dictae adnumerandum. Prius itaque hemistichium vitio laborat. Sunt ejus pedes

⏑ – | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ ⏑ –

Ex primo pede aliquid abest. Addas vero vocem انّى et metrum perfectum, quod faciendum esse, non dubito. Tum hic est versus

انىّ اذا ما الخليل احدث لى
صرما وما الصفاء او قطعا

Metrum autem

= = ⏑ = | = ⏑ = ⏑ | = ⏑ ⏑ =

In Tharafae versu 45 metrum nos emendare monet. Hic est versus

فان تبغنى فى حلقة القوم تلقنى
وان تقنصنى فى الحوانيت تصطد

Metrum, qualis nunc versus, tale est in posteriore hemistichio

⏑ – – | – – – | ⏑ – – ⏑ – ⏑ =

Syllaba brevis e secundo pede abest. Vitium igitur in voce تقنصنى esse oportet. Prima hujus verbi conjugatio significat *venando cepit*, quae sensui non convenit; nam poeta dicere voluisse videtur »Quando me venando capere studes (**wenn du Jagd auf mich machst**) et haec significatio conjugationi octavae propria est. Illa vero in versum recepta metrum bene procedit. Ita in versu 48 addatur post الجيب vox منها In versu 66 ad-

datur post vocem اخطى, quae اخطا scribenda est vox الفتى,
sed tum delenda videtur litera و ante تنباه.

In praecedentibus de versibus disputavi, in quibus aliquid addi aut corrigi necesse erat: jam eorum exempla proferenda sunt, in quibus aliquid delendum est. Versus 22 ejusdem Tarafae hic est

كقنطرة الرومى اقسم ربها
لتكتنفا حتى تشاد بالقرمد

Duo in posteriore hujus versus hemistichio observanda sunt, unum, vocabulum لتكتنفا pro لتكتنف scriptum esse metri causa, ut ultima hujus vocis syllaba fiat longa, alterum, vocem بالقرمد metro repugnare; ita enim hujus hemistichii metrum constitutum.

◡ – ◡ | ◡ – – – | ◡ – ◡ | – – – ◡̄

Sine dubio adjiciendus est articulus et legendum بقرمد ◡ – ◡ ◡̄.

In ejusdem carminis versu 49 aliquid delendum esse indicat metrum. Talis est versus

اذا نحن قلنا لها اسمعينا انبرت لنا
على رسلها مطروقة لم تسدد

Prioris hemistichii metrum tale prodit

◡ – – | ◡ – – ◡ – – | ◡ – – | ◡ – ◡ –

In secundo hujus hemistichii pede duae superfluae sunt syllabae, brevis longaque, ut quae vox sit abjicienda non dubitem, vocabulo لها enim tales sunt syllabae, neque sensus, eo omisso, turbatur. Metri causa et in versu 84 vox ما post اذا deleatur.

Restat tertium vel quartum, quod dixi, metri causa nonnunquam regulis grammaticis repugnans, aut ab iis recedens aliquid admittendum esse, ut exemplis demonstretur. Horum exemplorum plura dedit cl. de Sacy in Grammatica sua loquens de licentiis poeticis. His addamus non nisi unum exemplum ex eodem Tarafae carmine, in quo a regulis Grammaticis paulum modo recedens, sed non omnino insolita forma ob metrum admittenda est.

Versus 101 Tarafae carminis hic est

لعمرك ما الايام الا معارة
فما استطعت من معروفها فتزود

Posterioris hemistichii metrum corruptum

⏑ – ⏑ – | ⏑ – – – | ⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑ ⏓

Vides in initio unam syllabam brevem superfluam esse. Vitium voci استطعت inesse oportet. Decima autem verbi conjugatio regulis grammaticis congruens, sensui convenit. In aliam mutata et metro et sensui repugnat. Quid inde? Pro استطعت scribendum اسطعت et haec forma in Alcorano Sur. XVIII v. 98 occurrit.

Praemissis his breviter agatur de poeta ejusque carmine laudem Muhammedis celebrante, qua in re potissimum auctorem libri Citab Alaghani fide dignissimum, quem singulari erga nos benevolentia viri cl. Jacobs ex bibliotheca Gothana acceptum in usum adhibuimus, sequamur, additis novis ex aliis scriptoribus.

Caabus ben-Sohair (Sohairi filius) cum patre Sohairo in optimis Arabicae gentis poetis habitus est (conf. Bibliothecam Arabico-Hispan: T. I. p. 91. de Sacy Chrestomathie Arabe T. III p. 49). Plures vixerunt ejusdem nominis poetae, ut Caab ben-Mahdar Alaschkari, Caab ben-Malic, et Caab Almenchel. (conf. libr. Citab Alaghani). Tribui Cais Ghilan adnumerabatur ejus familia, quae Masenitarum erat. Pater poetae nostri Sohair per aliquod tempus in hac gente sedem habuit, tum in gente Banu-Ahbd-Allah-ben-Ghatsân sedem fixit. Tale auctor libri Citab-Alaghani in patris Sohairi vita ejus stemma esse refert. Caab ben-Sohair Ebn-Abi-Solma. Nomen viri Abu-Solma nominati est Rabiah Ebn-Rabbah ben-Karrah ben-Alharts ben-Masen ben-Tsahlebah ben-Dud ben-Harmah ben-Tsaur ben-Haramah la Hilm (لاحلم) ben-Ohtsmân ben-Amru ben-Ad ben-Thandjah ben-Aljas ben-Modhr ben-Nesar et Masinah mater Amrui ben-Ad illa erat filia Calbi ben-Wabrah. Quo anno ante Hedjram natus sit, ignoratur. Matre gaudebat Cabcsha Ahmmari ben-Ahdi, ben-Schahim filia, quae e gente Ahbdallah ben-Ghatsan Sohairo vicina, originem ducebat. Ex hac uxore omnes Sohairi filii nati sunt, habuit enim Caabus, praeter Bodjairum, et fratrem Salimum pulchra facie crinibusque pulchris praeditum. Hic dum pulchris vestibus indutus pulchro equo aliquo die veheretur, et mulier eum conspiciens admiratione adfecta, se nunquam pulchriorem virum pulchrioribus vestibus ornatum et in pulchriore equo sedentem vidisse diceret, equo labente, scissis vestibus, cervice fracta periit. In familia ejus ars poetica hereditaria esse

videbatur, nam avus ejus jam celeber poeta. Pater poetae nostri Sohairus gavisus est avunculo, duobus filiis, Caábo, Bodjairoque, et sorore Alchansa (الخنسا) omnibus carminum laude insignibus, et filius Caabi Almodhreb المضرب apellatus a patre hanc artem accepit. (Conf. auctorem libri Citab Alaghani in fine vitae Sohairi). Primum se verum poetam esse patre Sohairo probavit, quum enim ad eundem Alnabegha poeta tum temporis celeberrimus veniret et provocatus, ut duos versus et dimidium, quod Sohairus inceperat, ad finem perduceret, hoc facere non valeret, Caabus tum a patre jussus statim alterum tertii versus hemistichium addidit, quo pater commotus eum ad se attrahens dixit, jam te filium meum esse, testor (conf. Citab Alaghani in vita Caabi ben-Sohair). Alhuthaijah poeta (hic poeta tempore Paganismi et Ismalismi vixit *) in omni carminum genere versatus nostro ejusque familiae omnino deditus erat, et eorum versus allegare

---

*) In textu arabico est وهو من المخضرمين. Hoc verti potest, et ille erat ex iis, qui in enunciandis vocalibus errant, nam in Golio verbo حضرم haec significatio datur «male pronuntiavit praesertim vocales». Eadem significatio in *Kamuso* confirmatur, habet enim لحن فى كلامه. Sed post haec habet وشاعر محضرم مخضرم i. e. poeta محضرم idem est ac مخضرم. Et sub voce خضرم haec leguntur والمخضرم بفتح الرا من لم يختتن والماضى نصف عمره فى الجاهلية ونصفه فى الاسلام او من ادركهما او شاعر ادركهما كلبيد. Vox مخضرم Vocalem Fatah Consonanti Ra superimpositam habens eum significat, qui non circumcisus est, et cujus vitae dimidium tempore Paganismi, dimidium tempore Islamismi elapsum est, aut qui utroque tempore vixit, aut poetam cujus vita ad utramque aetatem pertingit ut Lebidus.

solebat. Quam ob rem hic petiit a Caabo, ut versus componeret, in quibus se primo loco nominaret, tum post se laudaret ipsum, fore enim, ut ita homines ad carmina Caabi alleganda propensiores essent, sperabat. Versus, quos his precibus commotus Caabus fecit, auctor libri Citab Alaghani in utriusque poetae vita adservavit. Ita sonant

فمن للقوافى بعدنا من يحوكها
اذا ما ثوى كعب وفوز جرول
كفيتك لا تلقى من الناس واحدا
تنحل منها مثل ما يتنحل
يقول فلا كعبا بشى يقوله
ومن قايليها من بشى ويعمل
يثقفها حتى تلين متونها
فيقصر عنها كلما يتمثل

,,Quis erit post nos carmina componens, quum mortuus sit Caabus et decesserit Djerwalus *).''

Profecto, ne unum quidem invenies ex hominibus, qui hoc, quod ille sibi arrogat.

---

*) Djerwal nomen est poetae Alhothaijah. Nomen ejus est Djerwal ben-Aus ben-Malic ben-Haubah ben-Mahsum ben-Malic ben-Ghalib ben-Kathifah ben-Ahbs ben-Baghidh ben Alraits ben-Ghathfan ben-Saahd ben-Kais ben-Ghilân. Inter praecipuos Arabicae gentis habetur poetas versatus in variis carminum generibus, Laude, Satyra, et Carmine amatorio. Tempore Paganismi et Islamismi floruit, primum fidei Muhammadis se addixit, tum mox defecit. Genere incerto nam ex una Arabum tribu se ortum confessus est, quum alteri irasceretur; modo huic modo illi se adtribuens. Cognomine

„Dicit, Caabi, quos dicit, versus, non magni sunt, aliorum (poetarum) versus meliores."

„Ille (Djerwalus) rectos eos facit, ut dura eorum sint mollia, sed eos non assequitur, quotiescunque eos imitatur."

Hi versus difficiles sunt intellectu, et Caabus in laude vitupcrare videtur Djerwalum ob arrogantiam, qua, dum ipsius versus minoris quam par erat, faceret, suos gloriaretur, neque tamen imitando eius versus assequi posset. Sunt quoque plures variae lectiones partim, ut videtur, ob versuum difficilem sensum ortae. Ita in primo versu pro ثوى in altero exemplari legitur نوى. Tum est secundus versus loco tertii. Pro كفيتك legit كفتك et الا pro لا. Pro كعبا legitur يغنى. Pro altero يشى est يسى. Pro كلما alterum habet كلما.

In aliquo bello, tradit Alazmahi, Caabus ben-Sohair cum Alhothaijah a Saido Alchail*) captivus factus est. Unum Caabum

usus est Alhothaijah Abu-Malicah, quorum prius magis in usum venit, quum brevi corpore esset. Abu-Nazr ben-Alahrabi talem hujus cognominis causam affert. Aliquando inter quosdam versatus crepitum ventris emisit, et interrogatus, quid esset, respondit, حطاه; inde ei cognomen الحطيئة ortum. Dixit Ebn-Alcelbi. Obscuri generis est, e scorto natus' et celeber factus. Alazmähi narrat, eum genus referre ad Becr ben-Wajel. Erat mendicorum modo petiens importunusque, vili anima praeditus multis vitiis laborabat, paucis gaudebat virtutibus, avarus, facie deformis, tritoque habitu vir (Citab Alaghani in ejus vita).

*) Said Alchail. Nomen ejus est Said ben-Mohallel ben-Jasid ben-Fahm ben-Ahbd-Redha (Redha nomen idoli Tajjitarum) ben-Mohlis ben-Nahb ben-Tsaur, ben-Ahdi ben-Cenanah ben-Malic ben-Rabil ben-Benhân et hic est Aswad ben-Ahmru ben-Alauhts ben-Halfah et

scilicet familia sua e captivitate redemit, alter de inopia questus per aliquod tempus in captivitate remansit (conf. cl. Rasmussen additamenta ad histor. Arabum ante Islamismum p. 25. text. Ar. et 24 vers. Haun. 1821). Rem, quomodo gesta sit, auctor libri Citab-Alaghani in vita Said-Alchail exponit. Said-Alchail quaerens oves quasdam suas ad tribum Banu-Becr profectus erat, quum eodem tempore Ahmir ben-Althofail in tribum Banu-Tefarah impetum faciens pecora propulisset et feminam e Becritis Hind appellatam rapuisset. Becritae Saidum Alchail precibus, ut illum persequeretur,

---

hic est Thai, quia يطوى المناهل in incursionibus in regiones Ebn-Adad et hic est Modsahhedj ben-Said ben-Jasheb Alazghar ben-Ahrib ben-Malic ben-Said ben-Cahlan ben-Seba ben-Jasheb ben-Jahreb ben-Kahthân ben-Ahmir ben-Hud prophetae. Mater Tajji autem erat Madlah filia Dsu-Mehan ben-Ahrib ben-Alghants ben-Sohair ben-Wajil Ebn-Alhomaisah ben-Himjar ben-Seba ben-Jasheb ben-Jahreb ben-Kahthân. Said Alchail erat eques bellicosus, victor, strenuus, celeber tempore Paganismi. Tempore Islamismi ad Muhammedem se contulit, qui ei cognomen Said-Alchair (Said optimus) indidit. Equitibus, qui carminibus suis inclaruere, adnumerandus, quamquam nonnisi in incursiones, proelia, facta praeclara et beneficia, quae in alios contulit, versus diceret. Cognomen *Alchail* propter multitudinem equorum suorum accepit, nam nulli ex tribu sua, nec multis Arabum plures, quam unus vel duo erant equi. Ex iis quos possedit Said Alchail, nominibus celebres erant sex et in carminibus ejus laudati sc. Alhaththâl, Alcumait Alward, Alcamil, Lahik et Dsamul. Tribus usus est filiis Ahrwah, Harits et Mohalhal, omnibus poetis (Citab-Alaghani in vita Said-Alchail).

adierunt. Quo facto quum Ahmirum assecutus esset, in hunc, qui ipsum ob altam corporis staturam et pulchritudinem non nosceret, irruit. Quum autem Ahmir ad eum prodiisset, Said eum ita allocutus est. „O Ahmir, dimitte feminam et pecora." Ille respondit: Dic mihi, quis tu; dixit: ego Fesarita. Tum ille, Per Deum, non es ex eorum numero, quorum dentes in ore interstitium habent. Dixit Said, dimitte ea. At ille; sed mihi dic vere, quis sis. Respondit, Asadita ego. Tum ille. Per Deum! minime tu is ex iis, duro corpore equorum dorsis insidentibus. Tertio tum ab illo postulavit, ut ea dimitteret. Illo, se id facturum, negante, nisi ipsi, quis esset, dixisset, se Saidum Alchail esse, professus est. Dixit ille, recte dixisti, sed quid est, quod mecum dimicare velis, nam, me occiso, Ahmeritae a te vindictam sument, et Fesaritae delebuntur. Tum Said, at dimitte, quae rapuisti. Ille vero, si me libere dimissurus es et ea dimittam. Hoc promisit et abscissis ejus antiis, hastam ejus simul pecora et Hindam cepit, quam Becritis reddidit. Ahmir autem tristi affectus animo ad suos rediit, et rem retulit. Illi ira perciti jurarunt, se nunquam somnum capturos, donec vindictam nacti essent. Ad bellum Tajjitis inferendum se armarunt et belli ducem creaverunt Ahlkamam ben-Ahlatsah. Cum his in bellum exiverunt Alhothaijah et Caabus. Ahmir autem ad Saidum Alchail, qui eum de periculo certiorem faceret, clam miserat, qui itaque, collectis suis, in loco angusto in hostes impetum faciens, Alhothaijam et Caabum aliosque captivos fecit eosque in catenas vinculaque conjecit. Tum aegre hi ferentes captivitatem et

catenas, a Saido, ut ipsos dato lytro liberos dimitteret, petiere. Res, respondit, apud Ahmirum ben-Althofail est. Tum eos, exceptis Alhothaija, Caaboque, dono dedit Ahmiro. Caabus dato equo suo Alcomait libertatem nactus est, Alhothaijah, qui paupertatem suam querebatur, postea versibus in viri laudem dictis gratiam apud eum iniit et libertate donatus est. (Citab-Alaghani in vita Said-Alchail). Ante fugam Muhammedis, nescio quo tempore, quum hujus poetae fama inter tribus Arabiae varias percrebruisset, ejus videndi causa Caabus ben-Sohair ejusque frater Bodjairus e tribu sua profecti sunt. Qui quum Ebracum Iracae pervenissent, Caabus fratrem solum praeire jussit, se velle ibi exspectare, quem nuntium reportaret. Bodjairus, audito Muhammede, Muhammedanum se confessus est, et quum per aliquod tempus ibi remansisset ad suos rediit. Sohairi quodam somnio filii ejus ad prophetae cujusdam adventum praeparati erant, ut non multo post prophetiae initium Bodjairus *) ad Muhammedem se contulisse videatur. Caabus Bodjairi conversi nuntio accepto hos dixit versus

الا ابلغا عنى بجيرا رسالة
على اى شى ويب غيرك دلكا
على خلق لم تلف اما ولا ابا
عليه ولم تدرك عليه اخا لكا

*) Bodjairus Muhammedem Medinam fugientem e tribu sua secutus in optimis ejus asseclis habitus est. In proeliis Alfatah, Chaibar et Honain pro eo pugnavit.

سقاك ابو بكر بكاس روية
وانهلك المامون منها وعلكا
فخالفت اسباب الهدى واتبعته
فهل لك فيما قلت يا بجر هل لكا

,,Perferte (o sôcii mei!) de me Bodjairo nuntium; quae est illa res, vaeh, quam tibi alius indicavit?

Est vir, apud quem neque matrem invenis neque patrem, apud quem tibi non est frater.

Propinet tibi Abu-Becrus poculum considerationis (i. e. doctrinae Muhammedis), tum prima vice vir fide dignus (videtur Muhamedes) iterumque.

Ego repugno fidei rebus, tu vero eam secutus es. Estne autem tibi ejus, quod dicis argumentum?

Quae verba quum ad eum delata essent, Muhammedes iratus omnibus sociis sanguinis ejus faciendi veniam concessit. Litteris autem monuit eum frater, qui post fugam Muhammedis Medinae vitam degebat, ut fuga salutem peteret, tum vero ut Muhammedem accederet, suasit, se sperare fore, ut, si fidem Muhammedanam confessus esset, legatus ipsi peccati veniam daret. Nono itaque fugae anno Caabus ben-Sohair ad Muhammedem venit, eumque ut peccatum excusaret, carmine suo *) laudavit (conf. Abulfedae vita Muhammedis ed. Gagnier

*) Carmen hoc in laudem Muhammedis compositum, ut refert Casiri in bibliotheca, nescio quo auctore et in aureis et ad aedem Meccanam affixis habebatur conf. T. I p. 73. Caeterum a scriptoribus nomine *Kazidat Alamani* laudatur.

p. 122, quocum consentit, quod in Annalibus Abulfedae T. I. p. 170 legitur). Erravit sine dubio Herbelotius, qui dixit in biblioth. Oriental. „Il a vecu jusqu'au tems de Mahomet et mourut la prémiére année de l'Hegire." Primus enim Hedjrae annus minime convenit his rebus, quae enim erat illo tempore Muhammedis potentia, ut talem illius minae Caabo timorem incuterent? Rem ita peractam esse narrant. Caabus eo tempore, quo Muhammedes in templo a sociorum coronis circumdatus erat, advenit, et camelum suum ad templi portam recumbere jussit. Intravit templum et ad prophetae latus sedem occupavit. Tum ad prophetam se convertens securitatem petiit. Ille vero, quis esset, eum interrogavit, et hic, se esse Caabum respondit. Alii narrant, eum venisse cum viro ex tribu Djohaina et ita Muhammedem allocutum esse. Optasne, ut Caabum ben-Sohair in Muhammedanum conversum ad te adducam. Dixit, hoc opto. Tum dixit, ego sum Caabus. Tum vero Anzaritae contra eum surrexerunt dicentes: o legate, permitte, ut hunc occidamus. Ille vero respondit. Quomodo hoc possum, nam ad me Muhammedanus factus pervenit *). Sunt, qui Caabum non Medinae in templo, sed Meccae carmen cecinisse contendant. Muhammedi autem hoc Caabi carmen tantopere placuit, ut pallio suo statim eum or-

*) Non possum autem ei fidem habere, quod in bibliotheca Arabico-Hispana traditur. Caabum celebrasse quidem Muhammedem carmine, sed nunquam ejus dogmata amplexum esse, nam si nil aliud at certe pallium, quod dono acceperat, eum, ut in fide permaneret, movere poterat.

naret, quod usque ad Moawijjae tempora in Caabi potestate permansit, et tanto hic in honore pallium habuit, ut huic principi decem drachmarum millibus vendere recusaret. Mortuo Caabo Moawijja hoc pallium oblatis viginti drachmarum millibus ab ejus filiis accepit. Inde sequitur, Caabum usque ad quadragesimum primum annum Hedjrae in vivis fuisse. Pallium hoc viridis coloris erat et hereditatis jure ad sequentes Chalifas tam Ommajjadas quam Ahbbasidas ab his inter Chalifatus regalia habitum transiit (conf. cl. Hamackeri specimen catalogi codic. biblioth. Acad. Lugd. Batav. p. 116.) Anno demum 653 direpta urbe Bagdado a Tataris, eorum dux Holagu idem Chalifae Almostasem ereptum cum Muhammedis scipione combussit, cineremque in Tigrin dispersit.

Omissa de argumento, ordine et nexu sententiarum disputatione, quae res a Reiskio tractata repetitione non egeat, ad metri rationem in carmine nos convertimus, res enim, quamvis sit ab iis, qui carmen explicarunt, praetermissa, maximi momenti est, quum textus sine codicum ope commutati causa et ratio huic saepius insit. Quam ob rem de eo accuratius et fusius disputandum videtur.

Versus ex octo imparibus compositus est pedibus, ut eum octonarium appellare possis. Pedes sunt Epitritus tertius — — ⏑ — et Anapaestus ⏑ ⏑ — alterno ordine positi, ut ille huic antecedat. Totus autem versus in duas aequales dividitur partes ab Arabibus مصراعان (hemistichia) appellatas, quarum posterioris pes ultimus semper eodem modo finitur,

quo homoeoteleutum ab Arabibus قافية nominatum producitur. Metrum itaque regulare hoc est

— — ◡ — | ◡ ◡ — | — — ◡ — | ◡ ◡ —

quod Arabes his vocibus arti poeticae propriis exprimunt

مُسْتَفْعِلُنْ فَعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَعِلُنْ

مُسْتَفْعِلُنْ فَعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَعِلُنْ

Observandum autem, in nostro carmine pedem ultimum cujuslibet versus contractum esse in فَعْلُنْ, ut ex Anapaesto ◡ ◡ — fiat Spondaeus — —. Huic metro omnino adaptatus est versus quartus, cujus pedes hoc modo separandi

شُجَّتْ بِذِي | شَبَمٍ | مِنْ مَاءِ مَحْ | نِيَةٍ

صَافٍ بِأَبْ | طَحَ أَضْ | حَى وَهْوَ مَشْ | مُولُ

Schodjdjat bidsi | *schabamin* | *min maï mach* | *bijatin*

Zafin biab | *tha ha adh* | *ha wah wa masch* | *mulon*

Quum nullam videatur habere dubitationem, poetas in carminibus suis eos frequentius pedes adhibere, quos tanquam regulam observandam sibi proposuerint, pedem ◡ ◡ — Anapaestum in carmine regularem esse statui. Sed hic mihi pes abbreviando ex pede — ◡ — Amphimacro ortus esse videtur, nam quod in versibus pedes abbreviantur vel contrahuntur,

id a naturae veritate alienum non est, ut metri norma vera haec sit

— — ◡ — | — ◡ — | — — ◡ — | — ◡ —
— — ◡ — | — ◡ — | — — ◡ — | — ◡ —

مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ

مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ

Plures autem in carmine nostro licentiae, quibus a metri norma receditur, statuendae sunt. Quod de pede فعلن ◡ ◡ — *faïlon* ex pede فاعلن *fâilon* orto observavi, in causa esse videtur, cur et secundus, quartus et sextus pes saepius فاعلن — ◡ — pro فعلن *faïlon* ◡ ◡ — sit, et haec est frequentior metri licentia. Primus non item tertius hemistichiorum pes rariorem quidem patitur mutationem. Pes مستفعلن *mustafilon* — — ◡ — mutatur in متفعلن *mutafilon* ◡ — ◡ — contractione in initio pedis adhibita i. e. Epitritus tertius fit Dijambus conf. v. 1. post. hemistichium v. 2 prius etc. Rarissima autem in hoc metro mutatio, a me et in carmine ex Hamasa apud Michaelem p. 135. l. 1. observata, est hujus pedis contractio in medio pede admissa in متفعلن *mutfailon* — ◡ ◡ —, ut Epitritus tertius fiat Choriambus conf. v. 15, 22, 27. Haec sufficiant de metro dicta, jam aliquid de homoeoteleuto addendum est. Ultima in versu syllaba, qua homoeoteleutum formatur anceps esse potest. Homoeoteleutum in carmine nostro duabus syllabis efficitur, una longa, altera ancipite, quibus syllaba longa praecedit, eamque ob causam, quum sit consonans cum vocali conjuncta inter duas litteras

quiescentes (i. e. vocali carentes حرف متحرك بين ساكنين) ab Arabibus metricae artis peritis قافية متواترة appellatur. In voce enim مكبول *macbûlo* v. 1. eodem modo est littera vocali affecta inter duas litteras quiescentes sc. τὸ با inter كاف et واو ac in voce يعليل τὸ لام inter literam يا et الف. Hoc modo et saepius cadunt versus Germanici. In carmine nostro versus cadunt in syllabas ول ūlu, pro hoc et invenitur يل īlu, nam vocales ī et ū in homoeoteleuto non habentur pro diversis, cujus rei exempla plura in libris, qui homoeoteleuto in singulis periodis exornati sunt, quamvis metro careant, observantur et sexcenties in Corano occurrunt. Iam supra adnotavimus, ultimam versus syllabam saepius ancipitem esse. In nostro carmine syllabae versuum ultimae, quamquam sint saepissime breves, tamen tanquam longae enunciandae sunt, id quod probatur versibus 30, 52, et 36, in quibus syllabae finales لوا nullo modo tanquam breves efferri possunt. Eaedem syllabae nos docent, syllabas لُ non lo, sed lu enunciare, ne syllabae finales inter se discrepent. Eandem quoque ob causam in fine cujuslibet vocis Nunnatio abjecta est.

I.

VERSIO CARMINIS CAABI BEN-SOHAIR IN LAUDEM MUHAMMEDIS DICTI.

1. Abiit Soahda, et cor meum hodie afflictum (est), vestigia ejus sequi tanquam servus coactum, et non redemtum e captivitate, compedibus vinctum,[1])
2. Soahda, quae discessus matutino tempore, quum tribus proficiscerentur, omnino similis erat dorcadi, demittenti visum, nigris ocellis praeditae.
3. Ostendit dentes nitore perfusos, quum ridet, in ore exhalante odorem, quasi esset una alteraque vice vino rigatum,
4. (Vino), quod mixtum est cum aqua frigida e recessu abscondito, pura in alveo flatibus Aquilonis exposito,
5. A quo (alveo) repulerunt venti sordes et quem omnino implevit pluvia nubis nocturnae limpida montium aqua.
6. O quam praeclara esset amica, si promissis staret, aut si consilium sincerum (ei) acceptum esset!
7. At illa est amica, in cujus sanguine mixtus est moeror, mendacium, perfidia et inconstantia.

1) Incipit carmen more apud Arabes veteres usitato cum laude puellae ejusque descriptione, quam perducit usque ad versum decimum tertium.

*

8. Et non perseverat in statu, qui ei est, sicut in vestibus suis mutant externam formam daemones,

9. Et non tenebit fidem, quam haud certa dedit, non aliter ac tenent cribra aquam.

10. Ne te (se ipsum alloquitur) inani spe lactent, quae optare jubet et quae promittit, nam haec desideria tanquam somnia, sunt delusio.

11. Ohrkubi promissis sunt hujus (promissa) similia, nam hujus promissa omnino sunt falsa.

12. Certo sperabam, quum advenerit, amorem ejus; sed non puto, me unquam a te (ipsam alloquitur) aliquid consecuturum.[2])

13. Est enim Soahda in terra, in quam non perducunt (viatorem) nisi cameli pulchrae, generosae, celeriter incedentes,[3])

14. Neque perducet in eam, nisi robusta, cui est, etsi sit fatigata, festinans celerque incessus.

15. Ex iis, quarum, quum sudant, tuberculum pone aures multo sudore manat, quae invia incognitaque deserta peragrare valent.

---

2) Voces ارجو et امل, quae idem significant, sed conjunctae certitudinem spei designant, verti tempore imperfecto, quoniam cohaerent cum sequentibus ان تدنو et quodammodo cum narratione ejus, quod praeteritum est; quo tempore imperfecto nolui exprimere rem jam peractam et praeteritam; potius aliquid in tempore praeterito jam existens et usque ad tempus praesens pertingens, ut ejus significatio non multum discrepet a praesenti. Verbis ان تدنو autem indicatur tempus praeteritum in Futuro, ut multum diversa sit haec vox significatione a لما, quae tempus peractum in tempore praeterito designat.

3) Mentio itineris Soahdae facta eum ducit ad cameli (feminae) descriptionem, in qua versatur usque ad versum vicesimum octavum.

16. Quae cernit occulta oculis (tauri sylvestris), a fetu separati, albi, quum accensa (sole) sunt saxà salebrosa arenarumque colles.

17. Praedita crasso collo, pedibus torosis, inter camelos (feminas) natura excellens,

18. Crasso praedita cervice magnisque genis, robusta, magnoque capite, amplis lateribus, longoque collo.

19. Cujus cutis testudinea est, ut eam perrumpere non valeat ricinus in lumborum latere emaciatus.

20. Similis montis acumini [4]), ejus frater est ejus pater e nobili genere et patruus ejus est et matruus, longo dorso praedita, agilis.

21. Incedunt super ea ricini; tum efficiunt, ut delabantur, (pervenientes ad eas partes) pectus ejus et hypochondria glabra.

22. Onagro similis movetur (in cursu) pulposa ejus caro a latere, ejusque cubitus a pectore remotus firmus est. [5])

23. Est, acsi ante oculos naresque a duabus genis nasuque promineret clava ferrea [6]).

24. Extendit (caudam) similem palmae ramo crinibus ornatam, supra mammas, quarum ubera nunquam lacte destituta sunt.

---

4) Ex duobus, quos scholiastes proponit, vocem حرف explicandi modis, priorem praetuli, quum omni cameli descriptioni magis conveniret.

5) Vox مرفق significat compagen mediam in pede anteriore. Haec dicit poeta, est remota a pectore, quam ob causam pes cameli firmus est, quod pro virtute habendum.

6) Genarum nasusque ossa tam magna et dura sunt, ut ab his partibus clava ferrea prominere videatur. Comparat igitur ejus ossa in capite cum clava ferrea.

25. Gibboso est praedita naso, in auribus gnaro ejus apparet manifesta praestantia et ejus genae (sunt) glabrae.
26. Celeriter incedit pedibus, qui sunt teneri, tenues, leviter tangunt terram.
27. Fuscae ejus ungulae[7]) glaream dispergunt, quibus juga aspera non defendit calceatus.
28. Pedum anteriorum motus similis est,[8]) quum sudat collesque jam involverunt vapores meridiani,
29. Die, quo ipsa lacerta[9]) torretur, quasi ejus latus sole coctum esset,
30. Quum camelorum agaso diceret viris, nam jam inceperant fuscae locustae in glarea saltare, meridiamini!
31. Multus est dies; (motui) brachiorum (feminae) pulchrae in flore aetatis, quae stat, dum illi (ejulatu) respondent (mulieres) multis liberis orbatae,

---

7) Vox العجاية non est ungula cameli ipsa; sed tendo, qui in anteriore pede a genu usque ad ungulam pertingit. In hoc versu autem pro ungula ipsa posita est.

8) Initium hujus versus cohaeret cum parte versus 31. *motui brachiorum* Quae inter utrumque versum in medio jacent parenthesin formant. Dum motum pedum anteriorum comparat motui mulieris plangentis transit ad descriptionem talis mulieris, qua matrem suam designat ipsum plangentem; qua re Muhammedis' misericordiam concitare studet.

9) Voci الحربا vagam lacertae significationem dare, magis placuit, quam Chameleontis significatio, quum ipse Kamusi auctor in significatione dubitans haereret: dicit enim: „mas Chameleontis, aut parvum animal, ferme lacerta, quod caput suum ad solem convertit.“ Lacertae autem soli corpus exponere solent. Dicit itaque poeta: hic est aestus diei, ut ipsa lacerta, quae ardorem cupit, torreatur et quasi cocta sit.

32. Multum plangens, flaccidis brachiis, mentis egens, quum tristes nuncii mortem juvenis annuntiavissent.
33. Lacerat pectus manibus ambabus, et indusium ejus scissum (pendet) a mammis, lacerae vestes.
34. Currunt nuntii invisi ad ejus limina, dicentes; Eheu! tu, o Ebn-Abi-Solma, profecto occisus! [10])
35. Et dixit omnis amicus, in quo spem ponebam; opem ferre tibi non possum, aliis enim rebus sum occupatus.
36. Tum dixi: Sinite me, Vobis non est pater, nam quidquid decrevit Misericors, eveniet. [11])
37. Omnis muliere natus, et si fuerit longa ejus salus, aliquo die super feretro gibboso efferetur.
38. Nunciatum est mihi: Dei legatum mihi (mortem) minitatum esse; at venia apud Dei legatum (est) sperata.
39. Lente agas, quaeso! Dirigat te ille, qui te donavit dono Corani, in quo (sunt) cohortationes et doctrinae. [12])
40. Ne me punias ob verba delatorum, nam non peccavi, etsi sint multa in me dicta.
41. Profecto jam sto in loco, si staret in illo, et videret, quod ego, audiretque elephas [13]),

---

10) Hoc versu clarum fit, Caabum matrem suam significasse, quae filii mortem plangeret, quum prophetae ira, cui effugere haud posset, nunciata esset.

11) In hoc versu poeta utitur voce الرحمن *misericors* pro Deo omnipotente, et quum haec vox Muhammedanis proprium Dei cognomen esset, eo se Muhammedanum esse, manifestat.

12) Mentionem facit Corani ejusque doctrinarum, quo veniae mandatum erga inimicos exercendae Muhammedi in memoriam revocaret. Et certa Corani verba significare videtur.

13) Hic versus et sequentes sunt captatio benevolentiae. Muhammedis majestas in iis describitur.

42. Certe tremore corriperetur, nisi ei esset a legato, Deo permittente, gratia.

43. Ego autem peragravi (timore) desertum indutus lorica partis tenebrarum, quum nox veste terram verreret[14]),

44. Donec posui (in ejus dextera) dexteram meam, quam nunquam extraham e manu ejus (Muhammedis), qui cumulat beneficiis (homines), fidemque servat.[15])

45. Sane hic (erat) magis timendus apud me, quum eum alloquerer, nam (mihi priusquam eum accessi) dictum est, tu rogaberis de stirpe,

46. Quam leo latibuli incola, cujus lustra in saltu Ahtster nemora densa arboribus muniunt.

47. Mane exit, ut cibet catulos duos, quorum victus est caro humana, pulverulenta, minutatim divulsa.

48. Quum assilit in adversarium, nunquam relinquit hunc adversarium nisi fractum.

---

14) Describit poeta, quomodo fugitivus ob timorem caedis in desertis circumerraverit, noctis tenebris se quasi lorica muniens. Noctem autem depingit sub figura personae, quae vestibus nigris terram verrit. Voce autem جنح non significat, *alam*, ut alii interpretes expresserunt, sed *partem noctis*.

15) Ab hoc versu praecipue incipit laus Muhammedis. Bene autem hoc Muhammedem, ut fidem datam haud fallat, movere studet; dicit enim dexteram cum ejus dextera conjunxi, quod signum foederis et clientelae est. Jam ob hanc causam Muhammedi tuendus erat contra hostes Caabus tanquam amicus. Et ipse Caabus promisit se nunquam foedus rupturum. Muhammedes autem promissis securitatis stabit, quum ejus dicta nunquam mutet, nam قيله قيل. Haec verba ad id referenda videntur, quod Anzaritae, quum Caabus ad Muhammedem pervenisset, ejus caedem ab hoc petiebant.

49. Ejus causa leones deserti emaciati sunt, neque incedunt in ejus saltu viri.[16])

50. Et semper in ejus saltu fortissimus abjectis armis lacerisque vestibus voratur.

51. Dei legatus profecto est ensis, per quem lux diffunditur, Dei ensis, evaginatus,[17])

52. Inter viros e Koraischitis, quorum quidam dixit, quum Islamismum professi essent: decedite!

53. Decesserunt; sed non decesserunt debiles, neque carentes clypeis in pugna, neque in sellis vacillantes, neque fugitivi.

54. Aquilino praediti naso, fortes, quorum armatura in pugna sunt loricae a Davide fabricatae,

55. Splendidae, omnibus numeris absolutae, quarum annuli ita conserti sunt, quasi sint annuli arboris Kafah, firmum opus.[18])

56. Neque laetantur, quum hastae suae hostes confodiunt, neque tristes sunt, quum ipsi confodiuntur.

---

16) In vertenda voce ضامرة non secutus sum scholiastae explicationem. Dicit poeta, leones deserti ob hujus leonis timorem e speluncis progredi non audent, eamque ob causam victu carentes emaciati sunt.

17) In hoc versu libenter cum scholiaste variam lectionem praeferrem لنور pro لسيف, tum ante vocem مهند supplerem ل, ut posterius hemistichium solummodo cum gladio eum compararet. Huc usque laus Muhammedis, in sequenti versu transit ad laudem sociorum cum Muhammede fugientium, et inter hos distinguit Ohmarum fugae auctorem.

18) Quum vox مجدل non bene conjungi possit cum praecedentibus, eam tanquam verbum separatum verti.

57. Iucedunt incessu camelorum alborum, eosque tuetur (ab hoste) gladii ictus, quum fugiunt nigri pumilionesque.[19]

58. Non confodiunt eos hastae nisi in jugulis, neque ipsi mortis lacum fugiunt.[20]

---

19) Vocem ضرب haud verti *velocitas*; nam هم in voce يعصمهم nullo modo ad الجمال referri potest. Referendum est ad ipsos Koraischitas, qui gladiis suis se defendunt, dum alii fugam capiunt. Voces السود et التنابيل sunt Koraischitis oppositae, viri nempe nigro colore et parvo corpore praediti. Ita et scholiastes versum intellexisse videtur.

20) In hoc versu nil aliud dicit poeta, quam quod fortissimi sunt, a mortis metu alienissimi.

II.

CARMEN MOTENABBII,

QUO GRATULATUR PRINCIPI MUHAMMEDI BEN-ALHUSAIN BEN-ALAHMID

DE NOVI ANNI ADVENTU.

V. 1. Advenit novi anni dies et Tu (o princeps!) eras ejus desiderium, et ignitabulum ejus emisit ignem illius, quod voluit.

V. 2. Et hic adspectus, quem a Te est assecutus (hic dies), est commeatus ejus, ut in anno perveniat ad similem (adspectum a Te).

V. 3. A Te deflectit fine diei oculus ejus, dum Tu es ejus visus somnusque.

V. 4. Nos sumus in Persidis terra in laetitia; hoc matutinum tempus, quod adest, ejus est dies natalis.

V. 5. Hunc (diem) omnes Persidis provinciae magni faciunt; ut omnes anni dies ei invideant.

V. 6. Sertis ornati sumus in eo sertisque ornati colles vallesque,

**

V. 7. Apud hunc (principem), cui non est comparandus Cosroes Abu - Sasan imperio, neque ejus filii.

V. 8. Arabica est ejus loquela, philosophicum ejus ingenium, Persica ejus festa.

V. 9. Quotiescunque donum ab eo (datum) dicit, ego maximum, alterum dicit, illud fuit mediocre.

V. 10. Quomodo non attingat humerus meus coelum, quum baltei eum ornantes ejus baltei sint?

V. 11. Ornavit dextra ejus me ense, quem avi sui unum reliquerunt.

V. 12. Quotiescuuque evaginatur, corruscat ei splendor, quem Sol opinatur esse suos radios.

V. 13. Vaginam ensi similem fabricati sunt metu jacturae et quamvis sit in vagina absconditus, nihilominus apparet ejus fulgor.

V. 14. Calceata est (vagina), sed non quod nudipes sit, auro, portat enim mare, cujus spuma est ejus (gladii) splendor.

V. 15. Dividit equitem loricatum, neque aliquid integrum remanet ab ejus acie, praeter sellae duas extremitates.

V. 16. Fortuna conjunxit hujus (gladii) aciem, ejus (principis) manus, measque laudes, et ita res ejus optimae conjunctae sunt.

V. 17. Ornatus sum naevo nigro in ejus donis, cujus cutis pretiosae ejus (principis) sunt res et apparatus.

V. 18. Equitem me fecerunt (equi) celeres, qui in ejus dono erant et quamvis ab ejus sella separati essent, tamen remansit in iis ejus (principis(impulsus.

V. 19. Sperarunt quietem per me, qua non fruuntur, nam regiones, in quibus cum iis iter facio, hujus (principis) regiones sunt.

V. 20. Num accepta est heroi Abu-l'Fadhlo excusatio, cujus atramentum est oculi mei nigrum?

V. 21. Ego sum aegrotus ob pudoris vehementiam, dona ejus, qui eum (me) afflixit, eum (me) visitatum veniunt.

V. 22. Non satis est, quod ei laudando impar sim, huic accedit, quod ipse delectus (carminum meorum) hunc laudat defectum.

V. 23. Falconum ego aptissimus sum ad venandum, sed siderum splendidissimum venando non capio.

V. 24. Plures autem virtutum Tuarum, licet verba eas non significent, tamen animo agnosco.

V. 25. Non adsuevi videre similem Abu'l Fadhlo (virum) et quod ei offero, ex consuetudine mea est.

V. 26. In fluctibus submerso sane est excusatio, quod eorum (fluctuum) numerus eum fugit.

V. 27. Donis est victoria, nam copiosa sunt; carmina sunt columna mea, eorum autem columna est Ebn-Alahmid.

V. 28. Omnes scientia mea amplexa est res praeter unum generosum, cujus neque eloquentia mihi est, neque vis

V. 29. Injustus est liberalitate; quotiescunque enim caterva apud eum divertitur, uteres ejus (catervae) coguntur, ut portent maria.

V. 30. Multis commodis cumulatus sum, inter quae, ut sit, vult (princeps) sermonis elegantia.

V. 31. Nunquam audivimus (ante hunc principem), aliquem

lubenter dona dare, cupientem, ut in iis cor suum esset.

V. 32. Creavit Deus eloquentissimum omnium hominum, in loco, cujus Curdae sunt ejus Arabes campestres,

V. 33. Et plantarum omnium laude dignissimam in tempore, quo omnes homines ejus locustae sunt;

V. 34. Sicut (Deus) prophetam in mundo prodire jussit, quum morum pravitas vulgata esset.

V. 35. Noctem ornat candor Lunae orientis in ea, nec eam deturpat ejus (noctis) caligo.

V. 36. Multum cogitavimus, quo dono eum donaremus, sicut domino suo principi servi dona mittunt;

V. 37. Sed quae apud nos sunt opes et equi, ejus dona sunt ejusque habenae.

V. 38. Hanc ob causam quadraginta equuleos misimus, quorum hippodromos recitatio est.

V. 39. Numerum hunc (annorum) jam vivas, si corpori tuo conveniens est, nil amplius desiderabis (his peractis).

V. 40. Hos autem (equuleos) adliga in stabulo, nam cor (stabulum) eos nutrivit, cujus equi celeres celeritate omnes superant.

III.

CARMEN EX HAMASA

DIXIT

ASCHDJAH SULAMITA.

V. 1. Decessit Abu-Saihd, quum Oriens Occidensque ejus laudatoribus repleti essent.

V. 2. Ego nescivi, quae erant ejus beneficia in homines, donec sepulchri saxa eum tegebant.

V. 3. Jam jacet in terrae fovea mortuus, cui, dum vivebat, regiones spatiosae nimis angustae erant.

V. 4. Te plorabo, quamdiu manant lacrymae, et quum evanescunt, jam ex te pectus dolore plenum erit.

V. 5. Jam non amplius me affligit calamitas ulla, etsi magna est; non afficior laetitia te mortuo.

V. 6. Quasi mortuus non esset praeter te vivus, neque ad ullius praeter tuum funus mulieres plangentes stetissent.

V. 7. Quamquam pulchra sint in te epicedia dicta, profecto! antea non minus pulchriores erant hymni.



A d n o t a t i o n e s.

In adnotationibus eam potissimum rationem secuti sumus »ut, quae essent vel in versibus vel in scholiis a nobis emendata et in textum recepta, indicaremus et si necessarium esse videretur, causam adderemus. Eorum quoque, quae in versione corrigenda erant, ratio adlata est, et iis locis aliorum poetarum, quae, etsi nil vel paulum interdum faciant ad textum explicandum, ab aliis scriptoribus frequentissime laudantur, omissis, pauca tum historica tum alia nec ea levis momenti adjecimus.

V. 1. Pro مُتَيِّمٌ *mutajjimon* a Lettio typis exscripto scripsi مُتَيَّمٌ *mutajjamon*. Sensus significationem passivam requirit. Lettii lectio est »in servitutem redigens« quum tamen sit poetae cor in servitutem redactum. Tum Lettius اَثَرَهَا *atsaraha* habet, nescio qua ratione adductus, nam vox إِثْرَ *itsr* non vero اَثَر *atsr* in Accusativo loco praepositionis adhibetur. Lettius sensum hujus vocis non intellexit, eamque cum sequentibus conjunxit, vertens postquam non redimitur.« Melius eam mente cepit Reiskius in novis Actis eruditorum mens. Decemb. anni 1767 p. 692, et vertit «et ab ejus inde abitu in servitutem et vincula . . . . datum», vox enim necessario cum antecedente conjungenda est; sed dubito, an sat accurate sensum expresserit, nam إِثْرَهَا *itsraha* non omnino idem videtur ac بَعْدَهَا *bahdaha*» ea absente« sed إِثْرَهَا *itsraha* proprie significat »quoad vestigium ejus» i. e. in servitutem redactum, ut vestigium hujus feminae (cor meum) sequi cogeretur.

Scholiis plura menda inesse videntur, sed brevior ero in iis indicandis. Pro لتقلبه legitur لتقلبها in textu Lettii, quod ferri nequit, quum sit ad vocem الفواد referendum. Locus, qui e Corano in scholiis adlegatur, est Suratae 50 ق versus 36 editionis Hinck:, e qua semper locos adducimus. Surata Jes est trigesima sexta. Pag. 3. l. 1. editionis Lettii legitur استعبد. Pro hoc in textum recepi استعبده, quum pronomen abesse non posse videretur. Linea 2 ejusd. editionis falso legitur بذل pro بدل. Verbum ماخوذة, quod linea 3 est, in textu nostro in ماخوذ mutavimus. Magnam nobis molestiam crearunt voces هذه الملسرة تبلت. Pro his in textum meum recepi conjecturam meam هذه المرءة تلك. Tum sensus bene procedit.

V. 2. Pro سعادُ *soahdo* Lettius in editione sua habet سعادَ *soahda*. Nulla vero est causa, cur haec vox in Accusativo ponatur. conf. de Sacy Gramm. Arabe T. II p. 54 sqq. Lettius vero verba اذ رحلوا non bene vertit vocibus »quum abeunt« nam vox اذ de tempore praeterito usurpata est »quum abirent.« -

In Scholiis hujus versus plura correxi. P. 3. l. 7. apud Lettium legitur التذاذ pro quo التذاذا grammaticae causa necessarium recepi. Lin 8. Pro لقابلة scripsi لمقابلة, quod jam Reiskius in Actis citatis p. 686 adnotavit. Locus e Corano in scholiis adlegatus est versus 52 Sur. VI. Pag. 4 l. 2 Lettius habet وفتورة pro hoc typis vulgandum curavi وفتورهِ et l. 3. pro خيال posui خيالا

V. 3. In versu pro ابتسمت *cum Hamza* posui ابتسمتْ *cum Wezla*. Vocem منهل *manhalon* correxi in منهل *munhalon* scholiis commotus وقوله منهل وهو بضم الميم وهو اسم مفعول من انهله اذا اسقاه النهل. Qui si punctandi modus rectus est, ambo interpretes in sensu hujus versus erraverunt. Quum enim *manhalon* scriberent, hoc aquatorium vel lacum esse censebant. Nescio vero, quomodo recte comparari possit os cum aquatorio vel lacu, et quo modo de lacu dicatur بالراح معلول, nam معلول est ille, cui altera vice aliquid bibendum datum est. Hoc de ore vel de homine dici potest. Hic de ore, et sic intelligo versum.

Apparent dentes oris nitidissimi, quum ridet (Soad), ejus os halitum emittit, ac si una alteraque vice vino rigatum esset.

Eodem modo scholion explicat versum. Vocem عوارض Reiskius male *nubes imbre gravidas* esse putavit et Lettium vituperans, dum Scyllam vitaret, in Charybdim incidit.

In scholiis nonnulla mihi videntur emendatione digna. Pag. 4. l. 15. Vocem واضحته emendavi اوضحته, in quia tertia hujus verbi conjugatio non reperitur in sensu quartae conjugationis. Non correxerim vocem in poemate, vel in scripturis rhythmicis, in quibus formae rariores occurrant; in scholiis autem non nisi voces solitae ad explicandas significationes adhiberi solent. In loco, quem adlegavit Reiskius ad Tarafam p. 71. tertia conjugatio hujus verbi legitur, sed secundum hujus versus hemistichium in hac voce emendatione eget. P. 5. l. 4. Pro نهالا quod est in textu legere malui نَهلا, necessarium enim videtur hoc loco nomen actionis, quod est نهل in sensu bibendi prima vice. Non autem scripsi انهالا, quum علل in sensu bibendi altera vice sequatur. P. 5. l. 5. Vox اردت in hoc loco sensui non apta est. Substitui اوردت. Praeter hanc mutationem aliquid in textu supplendum esse videtur, nam terminatio feminina, quam conspicis in vocibus tribus اردت اعطانها et سقيت a nulla voce praecedente, ut par est, pendet. Vocibus, quas inclusa وردت الابل اذا a me additis res bene procedit.

V. 4. Posui شبمٍ *schabamin* pro شبمٍ *schabimin*, quum vox ذى substantivum sequens desideret. Quod vero Lettius Reiskiusque vocem اضحى ille in adnotationibus «quae et medio die perseverat» hic verbis «aprica quidem« verterunt, male mihi fecisse videntur, quum verba, quae proprie significationem «interdiu, nocte, mane, meridie aliqnid facere vel fieri« habent, saepissime pro simplice »facere, fieri» usurpata sint. Ita et hic verba اضحى ومشمول esse videntur pro وهو كان مشمولا ut ob metrum verba transposita sint pro وهو اضحى مشمولا

V. 5. In versione hujus versus scholion secutus sum. Ex scholii explicatione poeta dixisse videtur. »Albi montes implent hanc vallem imbre nubis nocturnae et hoc sensu« Aqua ex montibus albis decurrens effuso nubis nocturnae imbre implet hanc vallem: Quae vero albedo, quam tribuit montibus, aquae erat tribuenda. Sed et scholiastes incertus fuisse videtur in sensu constituendo, nam voces بيض يعاليل admittunt varias significationes. Lettius Reiskiusque Golium ducem in vertenda voce يعاليل secuti sunt; ceterum suffixum prononminis tertiae personae in vocibus عنه et افرطه ad vocem ماء versus praecedentis retulerunt, ut videtur, quae vox cum voce ابطح conjungatur. Quod nos maxime movit, ut hanc in vertendo rationem sequere-

mur, est vox اخرط, quae significationem a Reiskio et Lettio ei datam non habet. Caeterum et vertere potes, ,,quam (vallem) implent e tractu tempestatis nocturnae nubes albae vel pluviae continuae albae". Lettius e Kamuso locum ad explicandam vocem يعاليل adduxit. In hoc duo vitia sunt, quae, ne alios in errorem inducant, indicabimus. Nempe pro اليعلول الغدير الابيض والمطر والحباب» Vox Jahlul significat stagnum album, et extensum et bullam aquae ,,habet الابيض والمطر ذو الحباب ,,album, et pluviam bullas excitans." Tum pro ومن الصبغ ماعل مرة بعد اخرى, ,,et de tinctura est id quod tinctum est una vice post alteram ,,habet ومن الصبغ ما عل مرة بعد اخرى. » Nec non in libidinoso animali ponitur, identidem sitim libidinis restinguente.«

In scholiis ad hunc versum plura corrigenda mihi videbantur. P. 6. l. 1. apud Lettium legitur تنفى اى تطرد الرياح القذا وهو القذا اى ما تقع على العين In his verbis aliquid superfluum. Aut deleas اى القذا aut وهو القذا, quod minus probo. In iisdem تقع falsum, pro quo يقع scripsi. Tum in ejusdem textus secunda linea Lettii تعلوا correxi in يعلوا Linea 5 pro Lettii الذىقوله recepi الذى قبله. Versum, quem scholiastes adlegavit, non intelligo, cumque sine dubio Lettius, qui eum in adnotationibus latine vertit, non intellexit. Ex mea sententia corruptus est, sed ei medicinam non reperi. Verba, quae tanquam prophetae verba فرطكم etc. adducit Scholiastes non sunt e Corano, sed, ut videtur, e traditione. Res autem respicere videtur ad piscinam illam apud Maraccium in Prodromo III p. 91. commemoratam. Verba in scholiis e Corano adducta وانهم مفرطون sunt e versu 64 Suratae 16. P. 6. 15. Pro تكون legendum putavi يكون.

Pag. 7. l. 1. Pro قبل posui وقبل. Lin. 2. Inter vocem يعاليل et الجبال supplendum putavi البيض. L. 4. Pro وضاعم ان, quod sensum non habet aptum, legendum putavi وضاعم انها. Et legi potest والظاعم انها.

V. 6. In hoc versu اكرم *acrama* correxi in اكرم *acrim.* Est enim formula admirationis, quae apud poetas saepius occurrit, quam apud prosaicos scriptores, qui hujus loco formula ما اكرمها utuntur. Nostra vero et ob constructionem et ob metrum admittenda est. In idem vitium Michaelis in Hamasa p. 136 l. 7. incidit. Tum mutavi انها *innaha* in انها *annaha*, quod neccessarium erat ob Grammaticam, nam si conjunctionem لو, quae proprie nonnisi cum verbo conjungi potest, nomini, verbo omisso, addere vis, neces-

sarium est, ut inter hanc et sequens nomen ان ponas, quae vox duabus diversae naturae vocibus conjungendis bene inservit. Eodem modo ان *an*, quod ante verbum semper ponendum est, praemittitur verbo, quod cum praepositione contra naturam suam conjungere vis. Hujus rei confirmandae exemplum exstat in Corano Sur. 3. v. 28 تود لو ان بينها وبينه امدا بعيدا »Amaret (anima), si esset inter se et illud intervallum longinquum» In posteriore versus hemistichio typis exscribendum curavi لو ان *lawinna* pro لو ان *lau anna* quod in textu Lettii est. In his duabis vocibus duo menda sunt, unum quod ob causas modo adductas ان *anna* scribendum, alterum quod ex licentia poetica, metro id postulante, in legendo duae hae voces conjungendae sunt. Conferas de his licentiis poeticis, quibus nova vocalis voci additur et pro vocali Djesma scribitur, Silv. de Sacy Gramm. Arab. T. II. §. 682, 692.

Non male Reiskius in novis Actis supra citat: p. 686 vocem خلة hic sensu amicae accipiendam esse monuit, quum scholiastes hoc jubeat, et sequens versus cum hoc cohaerens hanc vocis significationem postulet.

In scholiis p. 7. l. 9. supplevi inter voces منعاة et اكرمها vocem ما et lin 13. correxi ما الزمها in ما اكرمها, quae est formula admirationis usitatior, eamque ob causam in scholiis adhibetur.

V. 7. Scribendum لكنها *làcinnaha* cum Fatha perpendiculari, quum haec syllaba longa sit in versu pro لاكنها. Ita vox interdum apud poetas scribitur. In hoc versu voci خلة neccessario tribuenda significatio amicae, quum de amicitia dici non possit قد سيط من دمها. Itaque et in hoc versu Lettii versio corrigenda. Observandum vero, praepositionem من in nostro versu pro ب vel في positam esse, quod exemplo e Corano Sur. 62 v. 9 sumto in scholio probatur. At certe aliquid ibi omissum, quum verba كقوله تعالى اذا نودى ad nihil quod praecedit, referri possint. Scholiastes ostendere voluisse videtur, voces من دمها eandem significationem ac في دمها habere, ut Corani loco من يوم الجمعة esse pro في يوم الجمعة. Verba vero, quibus hoc indicatur, omissa sunt, et verba كقوله etc. sine nexu. Ut deficiens suppleatur, addidi voces inclusas وقوله من دمها اى في دمها

In scholiis praeter hoc modo indicatum, alia mutavi. P. 8 l. 1. Correxi vocem السبط in الشى, nam quid haec vox significare possit, non

video. l. 6. Voces مصدران خلف in textu Lettii corruptae sunt. Pro خلف legendum est sine dubio اخلف et pro مصدران, quod cum sequenti cohaereat, مصدرا. Et in fine scholii aliquid molestum in verbis وحصار ذلك سجية لها لا مطمع فى زواله عنه. Duo suffixa masculini generis ad quidnam referenda sunt. Unum quod cum voce زوال cohaeret, referri potest ad ذلك, sed alterum non ad idem. Verisimile referatur ad feminam eamque ob causam emendavi عنها. Et in voce مطمع aliquid quod offendit, nam sensus hujus est *res concupita*, *concupiscibile*, nec vero significat *desiderium*, ut verti possit non est illi desiderium harum rerum a se removendarum. Qui autem quum versus esse videatur sensus, scripsi تطمع.

V. 8. Multa in hoc versu corrigenda esse putavi. Pro يكون in priore versus hemistichio Lettii editio habet تلون *talawwonon*. Vocem يكون, quae in codice erat, Lettius sine necessitate, nescio, qua causa commotus, mutavit. Est vero codicis lectio retinenda tanquam unice vera, quum sensui, grammaticae et metro optime conveniat. In hemistichio posteriore, nisi Lettius legendo erravit, nam utrumque simillimum, unus codex gerebat تكون, duo تلون. Hic duorum codicum auctoritate nixus تلون retinui; sed hujus vocis punctationem commutavi, quum causa non adsit futuri ponendi. Pro voce الغول *Alghuwalo* vero, quam Lettius habet, posui الغول *Alghulo*, quod metrum et homoeoteleuton postulat. Lettii autem vox ex falsa Golii hujus vocis scriptione orta in textum venisse videtur. Aut غول *ghul* aut غول *ghaul* scribendum esse, auctor Kamusi testatur. Qui quum locus faciat ad versum explicandum, eum apponam وغول الرخام ع اخر وبالضم الهلكة والداهية والسعلاة ج اغوال وغيلان والحية ج اغوال وساحرة الجن والمنية وع وشيطان ياكل الناس او دابة راتها العرب وعرفتها وقتلها تابط شرا ومن يتلون الوانا من السحرة والجن او كل ما زال به العقل ويفتح

In Scholio pag. 8. l. 4. primo vox فاضحكه, quae in textu Lettii legitur, legenti molestiam affert; sensum enim videtur turbare, quum iis, quibus nomen est الغول id tribui non posse videatur, quod risum hominis moveant. Pro malo et infortunio habetur, quum in hominem incidit. Rectam substituere vocem, difficile est, sed maxime sensui aptum esse videtur, quod legatur فاضجره (et angit eum) una solummodo litera mutata. In eadem linea pro السعال scripsi السعالى, ut regulis Grammaticis satisfieret. P. 9. l. 1. Sine

dubio in voce لغبالها vitium, sed quomodo eam emendarem dubitavi. Vocem اغتالها in eos (scilicet Arabes vel homines) repente irruit, ut sensus non turbaretur, in textum recepi.

V. 9. Vocem تمسك *tamsoc* mutavi in تمسّك *tomassico*. Non est causa, cur sit vox in futuro apocopato posita, quum لا non habeat hic interdicendi significationem. Quod vero conjugationem secundam adhibui, metri ratione adductus feci. Quod si nullius rei nisi sensus rationem habes, voci تمسك *tamsoc* nil obstat, sed metrum laesum. Tale enim, hac voce non mutata, esset.

⏑ – – | ⏑ ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ ⏑ –

In primo versus pede, qui est – – ⏑ – vel ⏑ – ⏑ – syllaba brevis deficit, quae adhibita conjugatione secunda adest. Tibi vero fortasse objicienti, quod conjugatio secunda, neque eadem ac prima gaudeat significatione, neque eodem modo cum nomine componatur, respondeo, quod ea in lexicis non legatur, eandem significationem habens, nil facere ad meam sententiam refellendam, plures enim significationes construendique modi, quos linguae usus habet, in lexicis omissi sunt. Sed melius quid ad sententiam nostram confirmandam e Kamuso afferre possumus; ibi enim legitur ومسك احتبس واعتصم i. e. مسك in conjugatione secunda significat „re aliqua constringi eaque contentum esse » quod versui nostro optime congruit. Illa vero promissis datis se constringi non patitur, neque iis contenta est. In posteriori hemistichio conjugationem quartam praefero, quae cum accusativo componi potest. Pro التى, quod apud Lettium exstat, scripsi الذى, quum ad vocem العهد referendum esse videatur. Neque vero in sensu nec in constructione grammatica vocem الغربال offendere, nemo non videt, sed metro et homoeoteleuto contraria ea est. Tales enim hemistichii sunt pedes.

– – ⏑ – | – ⏑ – | – – – | – ⏓

Posteriori hemistichii parti vitium inest, nam pro – – – – ⏓ ut, sint necesse est, syllabae – – ⏑ – | – ⏓. Addenda itaque syllaba brevis et loco homoeoteleuti âl requiritur homoeoteleuton ûl vel îl. Hanc ob causam Pluralem الغرابيل scripsi, et ita tam metrum quam homoeoteleuton restituitur.

V. 10. Vocem يغرنك *jaghorrannaca* mutavi in يغرك *jaghorraca* metri causa. Ut futurum energicum aut futurum apocopatum sequatur negationem لا interdicendi significationem habentem, regulae Grammaticae patiuntur. Illud futurum energicum metrum respuit, nam tales sunt pedes.

⏑ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ ⏑ –

Vides enim unam syllabam in secundo versus pede superfluam esse. Mutato vero futuro energico, ut ita dicam, in futurum apocopatum res bene procedit. Idem vitium in carmine ex Hamasa apud Michaelem Schultensiumque commissum est conf. p. 136. l. 11. Nostram emendationem confirmare videntur scholia hujus versus, in quibus futurum apocopatum adhibitum est.

In scholiis p. 9. l. 13. voces ولا تعديك quae in Lettii textu leguntur, in voces وما تعدك, quae sensui aptae sunt, mutavi. P. 10. l. 1. plura corrupta sunt, nam verba وحلمك سوائك neque per se sensum integrum praebent, neque cum verbis praecedentibus bene cohaerent. Verba vero فان امنيتك explicatione carent, qua sensus hemistichii posterioris illustratur. Pro verbis وحملك سوائك in textum recepimus وحلمك تضليل, quae verba sensui et nexui apta esse videbantur. Pro حليم p. 10. l. 2. scripsi حلم.

V. 11. In versu مواعيدها *mawaihdaha* correxi in مواعيدها *mawaihduha*. De hoc versu Abulfaradj Alizpahani in libro suo كتاب الاغانى inscripto quaedem notatu digna habet f. 55 l. v.

وعرض كعب بالانصار فى قصيدته عند انشادها بقوله

كانت مواعيد عرقوب لها مثلا   وما مواعيدها الا الاباطيل

وعرقوب رجل من الاوس فلما سمع المهاجرون ذلك قالوا ما مدحنا من نجا الانصار وانكروا قوله وعوتب على ذلك فقال يمدح الانصار

من سره كرم الحياة فلا يزل   فى مقنب من صالح الانصار
الباذلون نفوسهم لنبيهم   عند الهياج وسطوة الجبار
والناظرين باعين محمرة   كالجمر غير كليلة الابصار
والضاربين النار عن اديانهم   بالمشرفى وبالقنا الخطار
يتطهرون يرونه نسكا لهم   بدماء من علقوا من الكفار
صدموا الكتيبة يوم بدر صدمة   ذلت لوقعتها رقاب نزار

,, Caabus in poemate suo Anzaros significabat verbis his, quum idem recitaret.

»Sunt Ohrkubi promissa illi exemplar, sunt illius promissa vana verba.«

Ohrkub enim erat quidam Ausitarum. Quae verba quum Almohadjeri (sunt qui cum Muhammede e Medina Meccam fugam ceperant) audivisseut, dixerunt. ,,Qui Anzaros satyra perstringit, is non laudat nos.“ Et quum ob hoc vituperio peteretur, his verbis Anzaros laudavit.

,, Quem gaudio afficit vitae nobilitas, ne versari cesset in agmine proborum Anzarorum,

Qui animas suas morti consecrant pro propheta in pugna hostiumque impetu.

Omnes hi vident oculis rubris, asinis similes, haud praediti hebetibus oculis. (a)

Gladiis hastisque tremulis repellunt a judiciis suis ignem (infernum). (b)

Se purificant ex opinione, qua Deo devoti sunt, sanguine incredulorum, quos amant. (c)

Impetum fecerunt in cohortes die Bedr, quo cervices Nasseritarum deprimebantur.“

Quaeritur autem, quaenam sit recta verbi عرقوب explicatio nisi duobus verbis unus idemque significetur num fuerit ille ex Amalekitis an ex Anzaris. Schammachi poetae versus, quem Alizpahani adducit Ohrkubum ex Anzaris oriundum probare videtur.

وواعدنى ما لا يحاول نفعه　　　مواعيد عرقوب اخاه بيثرب

(a) In hoc versu laudat Anzaros ob oculorum pulchritudinem, eosque comparat asinorum sylvestrium oculis. Praediti sunt oculis rubris, sed ne quis hoc in malam partem vertat, addit non praediti oculis hebetibus, quum aliter rubedo oculos hebetes indicet. Hic, ut videtur, ferocitas in oculis describitur. Pro voce محمرة metro non apta, legerem محمارة.

(b) Hic versus videtur significare: Quum fortiter dimicent in bello contra infideles, impediunt, quominus in judicio diei extremi igne inferno puniantur.

(c) Poeta dicit: Tam dediti sunt legibus religionis Muhammedicae, ut non aqua, sed sanguine incredulorum, et quidem, quod majus est, eorum quos amore amplectuntur, se purificent.

Promisit mihi id, cujus commodum quaeri non potest, sunt promissa Ohrkubi fratri suo in oppido Jastreb data.“ (a)

Oppidum Jatsreb (seu Medina) domicilium Ausitarum erat, et ex his Anzari originem ducebant conf. Abulfeda de vita Muhammedis ed Gagnier p. 51.

Praeter Caabum et Schammachum (b) et Almetslin المثلين hujus proverbii usum fecit in versu

من كان خلف الوعد سيمته　　　والغدر عرقوب له مثل

„Ille cujus indoles est, promissis non stare perfidiaque, huic est Ohrkubus similitudo.«

V. 12. Leviores hujus versus emendationes omittimus. Gravior mutatio est verborum اذ تدنوا مودتها pro ان تدنوا مودتها, quod apud Lettium legitur. Voces ان تدنوا regulis grammaticis repugnant, legatur enim necesse est ان تدن in futuro apocopato. Sed hoc metrum non patitur. Non minus regulis grammaticis contrarium ان تدنوا *an tadnu*, quod uterque Lettius Reiskiusque in versione expresserunt; legendum enim esset ان تدنو *an tadnowa*, quod idem metrum non patitur. Non quidem nescius sum, poetas saepius scribere vocem contra regulas grammaticas, sed quum talis licentiae exemplum non invenerim, hic eam admittere non ausus sim. Et quum in codicibus ان et اذ eodem paene modo scribantur, saepiusque inter se confundantur, illam particulam in hanc quin mutarem non dubitavi, quippe quae sensui aptior esset. Eundem

---

(a) Hic versus multo aliter in Rasmusseni additamentis p. 80. legitur. Et res narratur modo diverso.

(b) Schammach est cognomen poetae, qui tempore Pagnanismi et Islamismi vixit. Nomen ejus est Mahkal ben-Dehrar ben-Senan ben-Emamah ben-Ahmru ben-Djehasch ben-Tehalah ben-Masen ben-Tsalebah ben-Sahd ben-Dsobjan. Alii ejus stemma per alia nomina usque ad Djehasch perducunt. Et sunt, qui nomen ejus esse Haithum contendant. Habuit duos fratres, carminibus insignes. Unus nomen Jasid gessit, cognominatus erat Mersed. Alter est Djarir ben-Dherar- (Plura de hoc poeta vide in libro Citab-Alaghani.)

ob meliorem sensum vocem مودتها quae apud Lettium in nominativo erat, in accusativo posui, ut a vocibus ارجو et امل regeretur, subjectum vero verbi تدنو esset ipsa mulier سعاد. Sensus autem versus talis est: ,,Quum illa mulier advenisset, expectavi et speravi, fore, ut in amore ei essem, sed non opinor, (hoc ipsam alloquens dicit), te mihi gratiam facturam esse.

In scholiis pro ولامل, quod apud Lettium p. 10 l. 13 exstat, posu والامل et in eadem linea pro المستحيل necessarium mihi videbatur والمستحيل P. 11. l. 3. Vocem ان ante تدنوا mutavi in اذ et in sequenti linea eandem vocem eodem modo emendavi, iisdem causis adductus, quam in versu. Linea 6. ex vocibus وهذا فيه من الغيبة الى الخطاب sensus integer erui non posse videbatur, nisi vocem مر inter فيه et من supplerem, eamque in textum reciperem. Locus in scholiis e Corano adductus est versus primus Suratae عبس apud Hinckelmannum numero octogesimae. In hoc pro يتزكى quod apud Lettium est, emendare debuissem يزكى *jassaca*, quae est forma irregularis conjugationis quintae, sed facere neglexi. l. 9. Vocem الكلام mutavi in كلام, ut cohaereret cum sequenti من et sensus ex iis elici posset. Ita vertendum:“ Et hic est ejus loquendi modus, qui se convertit ad solatium etc.

V. 13. Omitto leviorem in versu emendationem et ad scholion transeo. P. 12. l. 1. Pro voce العيون scripsi الغيوب quod sensus desiderat. In linea 4. 5. vocibus ويروى النجيبات بالباء المشددة اى المريعان plura vitia inesse mihi videntur. Primo vox النجيبات recta esse non potest, nam neque ex regulis Grammaticis litera با duplicari potest, neque si metri rationem in versu sequaris. Perdifficile est conjectura definire, quomodo scribendum sit, nam et vox مريعان verbi explicandi causa addita, corrupta est. Neque vero dubito, quin pro hac voce legatur السريعات ,,celeres;“ ن enim puncto uno omisso ex ت oriri potest, et س cum م facillime confundi ab iis, qui aut male scribunt aut male legunt codices, negari non potest. In corrigenda vero voce النجيبات metri habeatur ratio, necesse est. Una hujus vocis litera in altera lectione, ut a scholiaste indicatur, duplicata est, nam vox مشددة indubitata. Non vero potes non abjicere unam literam, ut syllabas metro aptas habeas. Ca-

vendum vero in corrigendo, ne vox a te in falsae locum substituta huic dissimilis sit. Et nisi literam يا ex scholii verbis duplicandam velis esse rectam; at rectam oportet esse huic similem. Quibus rationibus commotus falsae voci substituere vocem النجيات non dubito, quum a metro et sensu minime abhorreat, praeterea voci النجيبات simillima. Litera يا duplicanda autem non nisi puncto uno a litera يا diversa. Ita tum sonant voces ويروى النجيات بالياء المشددة اى السريعات i. e. Altera est lectio Alnadjijjat cum litera ja duplicata, quae vox significat celeres.

V. 14. Correctiones in hoc versu a me factae leviores sunt, quam ut a me indicentur, sed nihilo minus necessariae. Uterque vero interpres in versione errasse videtur. Primum monendum est, verbum بلغ non eandem significationem habere in secunda conjugatione ac in prima; ut sensus sit *perducere*, non vero *pervenire*. Tum vero voces ولن يبلغها hic in sensu futuri sunt; ,,non in eam perducent« et ita cum versu praecedenti cohaerent.

In scholio hujus versus plura erantcorri genda. P. 12. l. 10. Pro عايدا scripsi عايد, nam non adest causa accusativi ponendi. l. 12. pro كصلاة legendum erat كصلاخدة. Scholiastes hanc vocem apposuit, ut, quomodo vox عذافرة enunciaretur, doceret. Utriusque igitur vocis formam eandem esse oportet. Vox صلاة autem omnino diversa est. Eam ob causam legendum puto, صلاخدة quae ut عذافرة *camelam duram, robustam* significat eademque forma gaudet. lin. 14. Inter vocem الاعيا et الاين supplenda videtur vox اى, quam in textum recepi. l. 15. Vocem ضربات, quam Lettius habet, mutavi in ضربان, quum de duobus incedendi modis sermo sit. l. 16. Pro تاكيدا scripsi تاكيد, nam non adest causa Accusativi. l. 17. Vocabulum الذى, quod Lettius in textu habet, mutavi in التى, quum ad praecedens الارض referendum sit. l. 19. Pro لا يبلغها legatur necesse est لن يبلغها, quod in versu sit. P. 13 l. 1 Inter voces انها et تعبت inserui وان, quod e sensu abesse non potest.

V. 15. Nihil in versu praeter id, quod pro ahrdhatoha, scripsi ohrdhatoha, mutandum inveni, plura vero in scholiis. P. 13. l. 10. Pro الظاهرة, quod in textum recepi, Lettius habet الظاهر. Mihi haec vox ad الراجحة pertinere videtur, eamque ob causam in feminino ponenda erat l. 12.

Vocem ذفرى mutavi in ذفرا, nam ob vocem خبيثة efferendam puto vocem رجل ridjlon (pes) et tum legendum ذفرا in feminino. Sensus est« et ad alterum pertinet loquendi modus رجل ذفرا id est خبيثة الرائحة. l. 13. Vox والسكان corrigenda erat in واسكان. l. 15. Lettius in erratorum indice vocem بعين delendam esse, adnotavit; sed quomodo in textum venire potuerit, non intelligo, nam in propinquo neque similis neque eadem vox est. Fortasse Lettius, quum jam typis exscriptam non intelligeret, falsam eam putavit ideoque e textu removeri jussit. Vox عرضة autem, quae hanc vocem in textu excipit, a nomine necessario videtur pendere. Abjecta voce بعين nullum nomen est, ad quod femininum referatur. Si haud falsum est, quod mihi in mentem venit, vocem بعين emendandam esse puto in بعير, quae vox sensui convenit, generisque communis est. Pro voce قوته in eadem linea legendum esse قوية, jam Reiskius adnotavit in novis actis eruditorum mens. Decembr. an. 1747 p. 686. l. 16. Pro عرضت apud Lettium scripsi عرضة, ibidem mutavi للشم in للشى, quod sensui melius convenire videatur l. 17. Pro تقطع, quod in textum recepi, Lettius لقطع scripserat. In erratorum indice autem dicit legendum esse مطبقة. Sed nescio, num ta legerit ex conjectura, an ex codicum auctoritate. Quod si codicum auctoritatem secutus sit, hanc lectionem meae praefero. Quum vero iis, quae Scholiastes adducit, voces طامس عرضتها non bene explicentur, ex Kamuso quaedam exscribam. وناقة عرض اسفار قوية عليها وعرض هذا البعير السفر والحجر Auctor itaque dicit vocem عرض tanquam adjecvum conjungi posse cum nomine objecto, quod in genitivo ponendum sit. Cum praecedente nomine autem in eodem casu esse. Tum quoque vocabulum عرض loco nominis substantivi poni cum nomine subjecto genitivo conjunctum. Nomen objectum autem casum nominativi obtinere. Hic construendi modus in versu nostro observatur, nam voci عرضة, idem construendi modus est ac voci عرض, quod a Kamusi auctore omissum, nam in iis, quae sequuntur apud hunc scriptorem, inter vocabuli عرضة construendi modos et explicationes noster non obtinuit locum. P. 14. l. 1. Pro وعلام scripsi واعلام. l. 3. Pro مهجول scripsi مجهول.

V. 16. Scripsi in hoc versu لهق *lahakon* pro لهق *lahikon* scholion secutus. In scholiis plura corrigenda erant. P. 14. l. 7. Vocem, مجازا correxi in

مجاز, quum nominativus verborum constructioni aptus sit. Ibidem vocem غايب mutavi in غاب, quod sensus postulat. l. 9. Pro بالسكان scripsi بالاسكان l. 12. Verba تتكسر لحدقة sine dubio falsa sunt, sed quomodo legendum sit, dubito. Si probas, quod a me in textum receptum est تتكسر حدقة hoc idem esse oportet quam تتكسر من طرفه i. e. غض. l. 13. Pro vitioso معصور scripsi مقصور. l. 14. Quum vox اللباقة in lexicis non occurrat, sed pro eo اللباق, hoc in textum, quum melius verbis scholiastae convenire videretur, recepi. l. 15. Pro الزى apud Lettium legendum erat الزا Pag. 15. l. 1. Minime pro voce عقدة legendum, ut Lettius opinatus est, الوقدة, in Kamuso enim المايلة explicatur verbis عقدة ضخمة من الرمل. l. 3. Ante voces مد البصر inserui قدر legitur enim in Kamuso ·والميل بالكسر ..... وقدر مد البصر. l. 4. Lettius jam vidit vocem ونبذ falsam esse, et in ejus locum substituendum putavit ونبه. Hoc mihi non placet, nam sensui repugnare videtur. Hic est comparandi modus in versu. Poeta camelam tauro sylvestri comparat, qui pullum perdidit, in oculorum acumine. Dicit: camela in ipso diei fervidissimo tempore, visu acuto res ipsas occultas vidit, qualis est taurus sylvestris pullum perditum quaerens. His perpensis pro vocibus ونبذ العيون in textum recepi ونفذ الغيوب, quod mihi ad sensum quadret.

V. 17. Correctiones, quas in versu feci, indubitatae sunt et leviores, ut eas silentio praetermittam. Lectionem vocis عبل, quae in scholiis pro ضخم existit, tacitus nullo modo praeterire possum, quod mihi multo praeferenda videtur, quum sit vox magis poetica.

In scholiis emendatione egent plura P. 15. l. 9. Vocem معناه, quam Lettius exhibuit, mutavi in ومعنى. Post vocem ويروى aliquid omissum est. Hoc verbo, esse alteram lectionem, indicatur, et illa esse videtur ضخم مقلدها a Lettio in textum recepta. Has voces in scholion inserui. Lettius vero in adnotationibus has diversas lectiones spectantibus errasse videtur. l. 11. pro عن legendum erat من, quod in versu est. l. 12. In vocibus تامله التفضيل اخوتها, quae in textu Lettii sunt, vitia reperiuntur, sensum enim turbant. Eas mutavi in كاملة التفضيل فى اخوتها.

V. 18. Plures sunt in textu emendationes, sed una prae aliis gravissima est. Est mutatio vocis مذكرة *mudscirato* in *mudsaccaraton.* Hanc vocem Lettius vertit „*masculos pariens*", et in eo Reiskius con-

sentit. Et verbum اذكر hanc significationem habet. Quum vero omnibus aliis in versu verbis membra hujus camelae describantur, haec significatio non bene congruit descriptionis ordini. Neque vero nobis notum est, laudi camelis apud Arabes esse, quum masculos pariunt. Tum et vox مذكرة in quarta conjugatione pronunciata metrum turbat, tale enim esset hemistichii metrum

— — ⏑ — | — ⏑ — | — — — | ⏑ ⏑ —

In tertio pede syllaba brevis deficit. Hac voce in *mudsaccaraton* mutata metrum bene procedit. Et haec vox aptior sensui est, continet enim, tanquam ceterae in versu voces, membri descriptionem. Kamusi auctor haec habet المذكر من السيف ذو الماء ومن الايام الصعب الشديد كالمذكر كمحسن وهو المخوف من الطرق والشديدة من الدواهى كالمذكرة كمعظمة وناقة مذكرة الثنيا عظيمة الراس لان راسها ما يستثنى فى القمار لبايعها. Significat igitur haec vox „magnam, validam". Hujus vocis explicatio in scholiis omissa est, quae res mihi movit dubium omissionis, quum omnes huic praemissae, eamque sequentes explicatae sint. Locus e Corano adductus est e vers. 30 suratae 80. et in eo legendum غلبا sine Hamza in fine. P. 16. l. 5. Post vocem حنبيا quam in جنبيا mutavi, sine dubio aliquid omissum est, verba enim sequentia cum praecedentibus non cohaerent. Inserui وسعة nam ad vocem سعة referenda sunt verba quae sequuntur. Nescio vero, num Lettius et cum eo consentiens Reiskius sensum hujus versus bene perceperint, nam voces قدامها ميل vertunt „anteriorem colli partem habens inclinatam." Significationem *inclinationis*, ab his voci ميل *mil* tributam, non indicant lexicographi; sed eam esse formis ميل *mailon* et *majalon* propriam dicunt. Forma ميل *mil* potius significationem spatii longi (quantum oculis prospici potest, milliarii) habet. Hanc quoque noster ei tribuisse videtur, scripsit enim وقوله قدامها ميل معناه انه يصف هذه الناقة بطول العنق i. e. „Quod ad verba قدامها ميل attinet, sensus eorum est, quod describit camelam colli longitudine." Ubinam autem est in verbis Lettii „anteriorem colli partem habens inclinatam" colli longitudo? Quas ob causas vocem in significatione sua usitata (milliarii) capiendam esse censeo, quod hyperboles modo pro longitudine positum est.

V. 19. In hoc versu vocabulum بيايسه, quod in Lettii textu reperitur, emendatione eget, nam sensum metrumque turbat. In scholiis quidem eodem modo hoc verbum legitur, sed nescio, num vitio scribis an editori ducendum sit. Nihilominus tamen mutandum est in يويسه (juajjisuhu), et tum metrum bene procedit. Reiskium secutus, qui ita in codice legit, vocem لضاحية mutavi in بضاحية.

In scholiis plura emendanda se mihi obtulerunt. P. 16. l. 8. Vocem الذرائة falsam esse, Lettius jam adnotavit. Legendum esse voluit الذرابة, quod non probo, quum vox non minus incerta sit, quam altera. In textum recepi الزرائة, quum haec vox consonantibus simillima sit voci mendosae. l. 9. Substitui يويسه voci بيايسه. l. 10. Pro لضاحية scripsi بضاحية, quum haec vox in versu codicum auctoritatem habeat. l. 10. Pro يضحى scripsi تضحى, quoniam haec vox cum praecedente تحيت cohaeret. Pro ابرزت, quod Lettius in textu habet, scripsi برزت, Elif enim mihi videtur ortum ex voce اذا, quae praecedit. Locus in scholiis e Corano adductus est Sur. 21, v. 117. l. 15. Voces مثنى طيرها sine dubio corruptae sunt in editione Lettii. Pro مثنى non dubito, quin legendum sit مثنى, quod in textum recepi, et in locum طيرها substitui طيها in significatione *famis*. Haec quidem significatio a lexicographis voci طوى *thawan* tribuitur, quae vox est nomen actionis verbi intransitivi طوى *thawija*, sed auctor Kamusi observat, verbum طوى ut رمى transitivum esse, quum aliquis data opera famen perpetiatur ورجل طيان لم ياكل شيا طوى كرضى طوى واطوى وهو طاو وطوفان تعمد ذلك فطوى كرمى. Inde autem nomen actionis طى derivari potest, quod significat famem, quam aliquis non coactus inopia, sed data opera perpetitur. Et hoc discrimen in sensu versus haud negligendum est. l. 16. Pro اكشف scripsi كشف, quum prima conjugatio sensui conveniat. l. 17. Pro وسف legendum esse وصف jam dixit Lettius.

V. 20. Sensum hujus versus omnino non intellexit Lettius, bene vero Reiskius, qui versum scholio Sebekaei explicavit.

In scholio plura loca corrupta sunt in textu Lettii. P. 17. l. 3 et 4 Obscura sunt verba احدهما حرف المجد وهو الخارجة منه. Per se haec verba obscura sunt, nam quid hic esse potest حرف المجد et sequens الخارجة منه.

Sequentibus scholiasten unum comparandi modum in robore et duritie, alterum in macie et tenuitate posuisse manifestatur. Inde sequitur, voci, quam in locum corrupti المجد substituas, hanc significationem debere inesse, et haec est causa, cur eam in الجبل mutaverim; femininum autem الخارجة ad aliquid antecedens substantivum feminini generis referri oportet, nisi ei sensum neutrius tribuere malis, quod an bene fieri possit, dubito, eamque ob causam الذروة vocis explicandae causa inserui. Vox حرف duplicem vero significationem habet, unam *verticis montis*, alteram *lineae* seu *literae alphabeti*, unde significatio maciei et tenuitatis orta est. Eam ob causam l. 6. vocem mendosam والمرقد non, ut Lettius vult, in المرقم, sed in الدقة mutavi, quae unice vera lectio esse videtur. l. 7. Vox اباها corrupta est, sine dubio in ابوها, quod est in versu, mutetur. A linea octava describitur ratio, qua pater ejus simul esse possit frater ejus, et patruus ejus simul ejus avunculus, sed scholion in hoc loco valde apud Lettium corruptum est, ut sensus integer ex eo elici non possit. In linea 11 omnia paene verba emendanda esse censui. Mendosa erant apud Lettium verba sequentia بينه فياتى بعيرين فيصى بيا pro quibus, quum plane sine sensu essent, evulgandum typis curavi امه فتاتى ببعيرين فيضربها i. e. (camelus iniit) matrem suam, et haec partu edidit camelos duos, quorum unus iniit ipsam (matrem). l. 15. Pro اليها scripsi عليها, dum verbum حمل in sensu *iniri* cum hac praepositione componi non posse videatur. In eadem autem linea voces العبيد الحدثة اذ ان وجت mendosae sunt omnisque sensus expertes. In iis emendandis eam rationem secutus sum, ut quam fieri posset, paucum a literarum figuris recederem. In earum locum substitui verba الصبية الجارية اذا زوجت i. e. (et ita) parva puella, quum in matrimonium ducitur sc. قبل بلوغها (priusquam ad maturam aetatem pervenerit), quod ex praecedentibus verbis sequitur. In sequenti linea 16. primum voces الغلط et لغلط corruptae sunt, pro quibus Lettius in *erratorum indice* الغلط et لغلط legendum esse adnotavit, sed nescio, quid his verbis sensui aptum indicare voluerit. Et conjectura hoc mihi videtur correxisse. Scholiastes explicare vult sensum verbi الهجنة proprium et sequentibus verbis, quae clara sunt, mixturam generis tam in hominibus quam in bestiis hoc verbo proprio sensu indicari, intelligi potest

Eam ob causam recte emendasse mihi videor verba in الخلط, et خلط, nam de tali mixtione usurpatur hoc vocabulum. In eadem vere linea vocabulum البزان intelligi non potest. Hanc vocem in الابوين mutavi, quod sensui maxime convenire videtur. P. 18. l. 1. pro معرف, scripsi مقرف, et haec est lectio unice vera; in Kamuso enim sub voce قرف legitur والمقرف كمحسن من الفرس ما يدانى الهجنة اى امه عربية. لا ابوه لان الاقراف من قبل الفحل والهجنة من قبل الام. l. 5. Inter voces شمليل et والشملال vocem الشمليل supplevi, nam sequentibus, quae sint vocales amborum verborum indicatur. Vox autem شمليل, quum articulo careat, cum sequente, quae articulum habet, conjungi non potest. Suppleretur igitur necesse erat una vox cum articulo. L. 5. ثقال emendavi in يقال, quod sensus flagitare videtur.

V. 21. Plures in hoc versu emendationes a me factae occurrunt. Causae, quibus adductus emmendavi, in quibusdam locis luce clariores sunt, ut earum explicatione superfedeam. Vox يرتقيا ut in quarta conjugatione sit, sensus postulat. In voce القراد dubitans haesi, quaenam puncta ei superscriberem. In Kamuso auctor testatur, قراد Kurad eandem habere significationem ac قرد *Kurd*. وكغراب.......ودويبة كالقرد بالضم ج قردان Quod si in versu nostro vocem *Kurad* scribas, ut eam pro feminino habeas, propter sequentia, quae ad hanc vocem referenda sunt, necesse est. Et in scholiis hujus versus vox cum feminino composita est, quum tamen in fine scholii ad versum 19 pro masculino habita esse videatur. Hanc ob causam in versu nostro non eadem esse videtur, atque in scholiis ad versum 19, neque iisdem vocalibus scribenda. In loco Kamusi a nobis antea laudato Pluralis esse قردان *Kirdan* dicitur, sed haec forma solummodo voci قراد Kurad propria esse videtur, ut a غلام *ghulam* formatur pluralis غلمان *ghilmán*. A forma فعل *fohlon* pluralis فعلان *fihlan* rarus est et non nisi in vocibus, quarum media vocalis quiescit, usitatus. A forma فعل *fohlon* autem pluralis فعال *fiahlon* saepe formatur, ut رمح *romhon* pluralis رماح rimahon. Ita et vox قراد *Kirad* mihi pluralis irregularis esse videtur a singulari قرد *Kordon*, qui in versu nostro cum feminino singularis compositus est. Lettius in versione hujus versus erravit, dum vocem ثم *postquam* ver-

tens cum praecedentibus conjunxit. Poeta dicere vult „ricini in tergo „hujus camelae incedere possunt, sed quum perveniunt ad pectus et hypo-„chondria in obliquo propter cutem glabram se sustinere non possunt et „delabuntur."

In scholiis plura emendatione egere videbantur. P. 18. l. 7. Voces على اخرها sensum turbant. Scholiastes partem versus 19 adlegavit, et quum totum versum repetere nollet, verba على خرها addidit. Sine dubio scholiastes dicere vult, *usque ad finem versus* quod idem est ac nostrum *et cetera.* Ut hic sensus prodiret, scripsi الى اخره pro الى اخر قوله vel الى اخر البيت. Voces الى اخرها defendi possunt, scriptae pro الى اخر الاقوال. l. 8. Vocem تسمنها mutavi in لسمنها, quod sensus requirit l. 10. Pro الثديين scripsi الثدييين, necessaria emendatio, ut grammaticae regulis satisfiat. l. 12. Pro بلبن legendum putavi بلبان, quum haec vox in versu legatur, et de eadem in scholiis agatur.

V. 22. In versu nil mutavi, in scholiis nonnulla. P. 19 l. 5. Pro رميت legendum erat رمت et l. 6. eodem modo haec vox corrigenda. l. 9. Obscura sunt verba المفتول المدح المحكم in textu Lettii. In his vox المدح emendatione eget. Hac voce explicatur a scholiaste, ut videtur, vox المفتول. Quum vero et vox المحكم ad eandem vocem explicandam apposita sit, necesse videtur, ut المدح eadem forma eademque significatione gaudeat. Ad verum inveniendum nos duxit Kamusi locus, in quo auctor dicit الفتل (alfatl) ...... وبالتحريك اندماج في مرفق الناقة Hunc ducem sequens, dum eorum, quae dixi, rationem haberem, vocem in المدمج mutavi, quod idem significat ac المحكم.

V. 23. In versu nil emendandum est, in scholiis pauca emendatione egent. P. 19. l. 14. Pro لا يقع scripsi ما يقع ob sensum. P. 20. l. 2. Pro عليها posui عليهما, quum haec vox ad praecedens الذان referenda sit. l. 5. vocem المراس mutavi in الراس l. 6. pro عظمة scripsi عظمه, quae duplex emendatio a sensu postulatur.

V. 24. Quae correximus in versu nituntur scholiorum auctoritate et grammaticae. Sensum hujus versus omnino non intellexisse videntur Lettius Reiskiusque et num comparationem in versu bene perceperint, dubito. Poeta dicit: „Haec camela caudam habet extensam in fine

crinibus vestitam." Eam ob causam hanc camelae caudam cum palmae racemo comparat, quì foliis ornatus est. Haec autem cauda, dicit poeta, est supra mammis, quae, quamvis camela in itinere non mulgeatur, nunquam lacte carent. Et hoc in camelis pro virtute habeatur. Error in versionibus ortus esse videtur, quia in scholis p. 12. l. 13 textus nostri mendosum الفرع est, quod in الضرع corrigere neglexi. In eadem linea et pro لا اقبل لبنها malim legere قل لبنها.

In scholiis multa emendanda erant. P. 20. l. 7. Pro بصر scripsi بصمر. Ibidem in vocibus يعنى تمد مثل عسيب النخل aliquid omissum videtur, nam phrasis eget voce, qua, ut Scholiastes voluisse videtur, voces مثل عسيب النخل explicantur. Haec est causa, cur inter voces تمد et مثل inserendam esse putavi vocem ذنبة, quod facere in textu Arabico neglexi, hoc est „extendit caudam similem palmae racemo." Ex vocibus وهو جريدة الذى ثم delevi الذى, quod hic, etsi femininum esset, locum habere non potest, quum vox جريدة, ad quam referendum est, articulo careat. In linea 9. voces عليه et يسمى mutavi in عليها et تسمى, quum utraque vox cum جريدة cohaereat. Versus in scholiis laudatus omnino mendosus est. Eum corrigam ex vita Amru l' Kaisi, quam ex libro Citab Alaghani excerpsi, et hic addam sequentem versum, quo sensus nostri versus explicatur.

اجارتنا ان الخطوب تنوب
وانى مقيم ما اقام عسيب
اجارتنا انا غريبان هہنا
وكل غريب للغريب نسيب

O vicina nostra! calamitates (me) obruunt, et ego (hic) permanebo, quamdiu stabit loco suo Ahsib (mons).

O vicina nostra! nos ambo sumus peregrini (in hac terra) et peregrinus peregrino est cognatus.

Alloquitur his versibus filiam regia stirpe oriundam, quae ibi in latere montis Ahsib sepulta erat. Amru l' Kais autem haec locutus est, quum ei mors jam immineret. Emendatius dedit hunc versum Lettius in adnotationibus p. 157.

P. 20. l. 16. Inter اذا et اقبل supplenda nobis videtur negatio لا, quam in textum recepimus. P. 21. l. 1. Pro vocibus ولا اصلبنكم in textum recepi ولاصلبنكم e Corani loco, qui est vers. 74. Suratae XX. In eadem linea جدوع in جذوع mutandum erat. Lin. 2. Vocem اصلا mutavi in اصله, quod usitatius sit, sed et اصلا defendi potest. Lin. 8. Inter voces ما et على supplevi ق scilic. camela. Ibidem voces غنفا الصعيق عنهما بنفى على ضرعهما corruptae sunt, et sensum integrum ex iis eruere non potui. Eam ob causam vocem الصعيق mutavi in الضعف, vocem عنهما in عنها et vocem ضرعهما in ضرعيها. Sensus itaque esse videtur hic. Dicit poeta, camelam neque concepisse, neque mulgeri, quamdiu illa esset in itinere. Negat autem, camelam debilem esse, eo quod negat ubera ejus debilia esse. (nempe lacte destituta.) Lettius misere torsit verba scholiastae, ut sensum ex iis eliceret.

V. 25. Levius est, quod in versu correxi. In scholiis plura erant emendanda. P. 21. l. 11. Pro يوزن scripsi بوزن. In linea 12. vocem تنوا delevi post vocem وجنا, quum sensum turbaret. Si vocem in textu retinere velis, ante eam بدل recipienda erit. Lin. 16. Ante vocem بالابل omisi vocem الى, quae ibi locum habere non potest.

V. 26. Multa eaque gravissima in hoc versu emendavi. Typis evulgandum curavi يسرات jasaratin pro يسيرات, quod Lettius habet. Vocem يسيرات non habent lexica in significatione huic versui propria. Pro hac habent يسرات, quod unice metro quadrat. Mutavi quoque وهى *wahija* in وهى *wahja* ob metrum, et posui ذوابل *dſawabilon* pro ذوابلا, quum causam Accusativi ponendi non viderem. Et in scholiis vox sine Elif Accusativi legitur. Vocem وقعهن *wakuhuana* mutavi in مسهن. Lectio وقعهن, quamvis metro non sit contraria, nihilominus mendosa videtur, nam haec cum praepositione على potius componeretur, ut legendum esset وقعهن على الارض, quod metro repugnat. Caeterum non explicatur vox وقعهن in scholiis, sed مسهن, quod cum Accusativo objecti construitur, et nescio, quo casu وقعهن in textum versus venerit. In scholiis plura sunt emendanda. P. 22. l. 2. et 3. tribus locis vocem يسيرات, et اليسيرات et اليسيرات in يسرات et اليسرات mutavi. l. 5. Vocem له post كان omisi, quum sensui haud necessaria, imo molesta esset. Ibidem vocem العقلة mutavi in الغفلة, quod sensui

convenire videtur. l. 8. Vocem قوايما emendandam esse putavi in قوايمها duabus rationibus adductus, una, quod suffixum non bene abesse videatur, altera, quod قوايما contra Grammaticae regulas pro قوايم *Kawajima* scriptum esset, quod in poetis admitti potest, non item in scholiis. Ibidem pro voce القسيم in textum recepi القسم, quod unice nexus pati videtur. L. 9. Talis est textus Lettii كما الإنسان على الشى ليفعله من السير ليتحلل به قسمه. Quis ex hoc sensum bonum eliciat? In initio phraseos verbum desideratur, a quo الانسان pendet. Quale hoc sit verbum, divinari potest, ut mihi videtur, ex fine phraseos, quo indicari mihi videtur, scholiasten loqui de modo, quo alicujus juramentum solvatur. Eam ob causam supplevi verba الذى يقسم. In vocibus من السير qui sine sensu hic sunt, inesse oportet modum, quo juramentum solvatur. Et quum de re peragenda sermo sit, his substituendum putavi مس الشى nam tacta re, jusjurandum alicujus solvi potest. Denique pro قسمة scribendum erat قسمه. Hic autem est sensus loci, sicut homo, qui, se rem facturum esse juravit, tangit rem, ut jusjurandum datum solvatur. l. 12. pro تمسست legendum in textum recepi تمسه. Vocem تحلت autem mutavi in تحلة.

V. 27. In hoc versu tria emendavi. Vocem المجايات *Alohdjajato* mutavi in *Alohdjajati*. Graviores sunt emendationes vocum روس الاكم *rusa l' acami*, quas mutandas esse putavi in *roüsa l' ocmi* grammaticae metrique regulas secutus.

In scholiis plura erant emendanda. P. 22. l. 15. Vocem متصلة mutavi in متصل, quum لحم ad quod referatur, non sit generis feminini. P. 25. l. 1. In vocibus الفرس للبعر كالحافر للدابة, quas Lettii textus habet, duo mendosa sunt, nempe الفرس et للبعر, sensum enim turbant. Pro priore legendum putavi الفرسن, quod bene cum voce كالحافر cohaeret, pro altero للبعير quod oppositum est للدابة. Sensus hujus loci autem est.« Vox محجاة significat carnem cohaerentem cum nervo recedente a genu cameli super ungulam bisulcam (ejus) sicut super ungulam non bisulcam jumenti (i. e. equi, muli etc.).« l. 2. Pro عضو scripsi عصب, quod sensui medius congruit, et cum hoc Kamusi explicatio consentit المحجاة بالضم عصب مركب فيه فصوص من عظام كفصوص الخاتم تكون عند رسغ الدابة او كل عصبة فى يد او رجل او عصبة باطن الوظيف من الفرس والثور ج محجى ومحجى ومحجايا.

»Vox Ohdjajat cum vocali Damma est nervus, in quo articuli ex ossibus similes palae annuli. Apud tarsum jumenti reperitur. Aut significat omnem nervum in pedibus anterioribus aut posterioribus, aut nervum interiorem in parte tenuiore tarsi equini aut bovini. Pluralis est *Ohdjan*, *Ohdjejjon* et Ohdjâjâ. In eadem linea voces تجا به in unam vocem تجاية mutandae erant. Linea 5. In textu est تفرق. Reiskius monuit, hanc esse suam conjecturam, a Lettio in textum receptam, in codice legi تقذف sine punctis diacriticis super ق et ذ. Sed et haec lectio admitti posse videtur, camelus enim ingressu valido terram lapidibus petere videtur. lin. 7. Vox والاكم corrigenda erat in والاكام quod Pluralis vocis اكم est. l. 12. Pro praepositione على scripsi الى propter constructionem verbi احتاج l. 13. E vocibus كذا اصوت البيها sensum eruere non potui, et non dubito, quin mendosae sint. Pro اصوت legi potest السبر.

V. 28. In versu nil mutandum erat. In scholiis haec emendavi. P. 23. l. 15. Pro ورتا scripsi وزنا. Locus e Corano adlegatus est e versu 26 Suratae 88. P. 24. l. 1. Vocem والاب mutavi in والاوب, quod contextus requirit. l. 5. Pro ستاتى scribendum erat سباتى, nam ad masculinum الذى referendum est hoc verbum. Ibidem pro ذراعها in textum recepi ذراعا, quum haec vox e versu 31 adlegata sit.

V. 29. Unius solummodo, et quidem levioris a me in versu factae emendationis mentio facienda est. Mutavi ضاحيه *Dhahijuhu* in *Dhahijahu* propter praecedens كان.

In scholiis p. 24. l. 6. correxi vocem طرف in ظرف. Unus e Corano citatus locus est Sur. XVI, 60. In hoc loco l. 11. pro مسود legendum est مسودا. Alter locus est Sur. XXVI, 3. l. 14. Mutavi بدور in يدور l. 15. Voces وهى الظل mutandae erant in وهو بالظل. Et legi potest وهو فى الظل. Vox وهى referatur enim necesse est ad verbum يتلون et praecedens nomen حيوان. Alteram autem emendationem بالظل sensus postulat. Locus e Corano adlegatus est Sur. XXI, v. 117. P. 25. l. 8. Sensus desiderat, ut inter من et الخبزة suppleatur مللت. Ibidem pro امليها necessario legendum erat املها futurum verbi مل.

V. 30. In versu correxi حاديهم *hadijohom* in حاديهم *hadihim* propter Grammaticam et metrum.

In scholiis p. 25. l. 12. emendavi vocem ماخوذة in ماخوذ, quum haec vox ad praecedens قوله referenda sit. l. 16. Pro فقار, quod sensui haud convenit, scripsi قفار et ei articulum addidi, quum adjectiva, quibuscum conjunctum est, articulum habeant.

V. 31. In versu tres emendationes admisi tam ob metrum quam ob grammaticam. Pro النهار *alniharo* scripsi النهار *alnaharo*. Vocem ذراعى mutavi in ذراعا, nam nescio, cur ponatur Genitivus vel Accusativus. Pro نكد *nocdo* scripsi نكد *nocdon*. In scholiis plures emendationes necessariae erant. P. 26.l. 4. Voces وهى سعة المروة obscurae sunt. Sensui consulturus has voces in وهى صفة المرءة mutavi. l. 7. Vox تعيش feminini generis mendosa, nam cum sequente ولدا cohaeret. Eam in masculinum يعيش mutavi. Sed et in sequente linea vocem ولدا mutavi in ولد, quum haec vox subjectivum verbi sit. l. 9. Vox مناكيل mutanda erat in مثاكيل l. 14. Vocem وانتشط mutavi in للتنشط, ut conjungatur cum voce لحسنها, nam e voce, quae in Lettii textu legitur, sensus elici non potest.

V. 32. In versu sunt duae leviores emendationes a me factae. Pro نواحة *nawwahato* scripsi *nawwahaton*, et pro الضبعين *Aldhabaina* posui *Aldhabaini*.

In scholiis plura correxi. P. 27. l. 2. Vox سكون emendanda erat in بسكون. In eadem linea pro ضبع البا legendum est, ut correxi ضبع بالبا. l. 5. Pro الاختبار cum Reiskio lego الاخبار, quae emendatio Kamusi explicatione confirmatur نعاه له نعيا ونعيا ونعيانا بالضم اخبره بموته. In codice, refert Reiskius, legitur الاجتبان l. 7. Pro بكرة legendum puto بكر, nam prior vox id significat, quod in scholiis intenditur, et tum ante hoc بكر cum Fatha vocali explicatur.

V. 33. In versu vocem تفرى *tafri* mutavi in *tufri*, nam in scholiis quarta conjugatio explicatur. Pro مشقق *muschakkako*, scribendum erat *muschakkakon*, et pro تراقيها *tarakijjaha*, ob metrum et grammaticam *tarakiha*.

In scholiis emendavi vocem قطعهما in قطعها, nam suffixum referendum est ad praecedens اوداج. Hoc mihi magis placet, quam si aliquis, hic esse constructionem ad sensum, contendere velit, et dualem locum habere, quum duae illae sint venae.

V. 54. Pro الوشاة *Alwaschato*, scripsi *Alwuschata*, pro وقولهم *wakauluhum* metri ratione ductus *wakauluhumu*. ابن cum Hamza scriptum mutandum erat in ابن cum Wezla.

In scholiis plura erant, quae emendatione egebant. P. 28. l. 12. Aut vox سعى mutanda est in سعوا, aut in sequenti linea vox امشوا mutanda est in مشى, nam quartam conjugationem in hac altera voce pati non possumus. Vocem سعى idem significare ac مشى auctor Kamusi testatur. Nihilo minus tamen dubitamus, an vox recta sit, et dubium nobis voces praecedentes الى السلطان moverunt, quae verba nescio cur hic sint posita, si voci سعى simplex significatio vocis مشى sit. Caeterum et haec verbi سعى significatio sequentibus اذا اتاه inesse videtur. Verba الى السلطان usitata sunt in hac formula وشى به الى السلطان »eum apud principem calumniatus est.« Quum vero verbum سعى idem significat ac وشى, hanc formulam in loco nostro adhibitam esse puto, eamque ob causam pro مشوا scripsi وشوا; quam emendationem et Kamusi auctor probare videtur his verbis, quae sub voce وشى leguntur وبه الى السلطان وشيا ووشاية نمّ وسعى l. 14. Vocem تودونها mutavi in تودوها, quum sensus hanc praecedentis vocis لا prohibitivus esse videatur l. 15. Pro ومن scripsi او من, quod sensus requirit. P. 29. l. 2. in voce ووشيا unum و superfluum erat, ut l. 5. ا in voce اسعى l. 7. Vox طعمة emendanda erat in اطعمة, quod est Pluralis l. 11. Pro على legendum est الى, quum ita verbum نسب construatur. Conf. quae sequuntur. l. 12. Inter voces انا et الى inserui ابن, quod sensus postulat. l. 15. Vox صابر mutanda mihi videbatur in صاير, quum neque sensus bonus esset, neque verbo صبر haec cum praepositione constructio apta. In sequenti linea صابرون correxi in صايرون. Ibidem in Corani loco, qui est e Suratae 30. versu 31 adlegatus, voces لميت et لميتون correxi in ميت et ميتون, quod mendum memoriae errore, e versu 15 suratae 23, qui est nostro similis, in textum venisse videtur. Aut voces sunt propter praecedens لمقتول mutatae.

V. 35. Plura in hoc versu emendavi tam ob grammaticas quam ob metricas regulas. كل خليل *collon chalilon* scripsi *collo chalilin*. Pro املا cum Hamza scripsi hoc verbum cum Medda. Metro enim convenit

syllaba longa et hoc *Elif* ex duobus contractum longum est. Vocem الهينك *alhajannaca* mutavi in *ulhijannaca*, ut sit conjugatio quarta. Usus enim hujus verbi ellipsin continere videtur, ut scriptum sit pro لا الهينك عن الشى الذى انت فيه »non possum profecto te liberare re, qua occupatus es.«

In scholiis p. 30. l. 6. vocem تامل correxi in تومل, quum sensus passivum requirere videretur.

V. 36. In hoc versu لكمر *lacomo* ob metrum scripsi.

In scholiis l. 10. locus qui incipit verbis ولا يحسبونه et finit verbis لا بد منه non parvam creat molestiam legenti. In his verbis talis fere sensus inesse videtur, dum scholiastes verba خلوا سبيلى explicet: »Ne ipsum (Caabum) impedirent, quominus ab ipso Apostolo veniam peteret. Non enim se retinere verba ejus contra ipsum pronunciata, quum bene sciret, omnia, quae Deus decrevisset, eventura esse.« Quam ob causam vocem يحسبونه, quae cohaeret cum praecedente mutavi in يحبسوه. Porro in hoc sensum turbat verbum ليمنعنى, pro quo legendum puto لا يمنعنى, ita ut ante hoc verbum suppleatur in sensu وهو قايل. l. 13. Vocem تركوا correxi in اتركوا, quum sit verbum explicans praecedentis خلوا, quod est imperativus.

V. 37. In voce ابن Wezlam loco Hamzae posui, et vocalem casus Genitivi in fine vocis scripsi, tum حدباء *haabäi* mutavi in *hadbäa*.

In scholiis p. 31. l. 2. vox فمن et in lin. 3. vox بما nos offendit. Unam emendavi in فما, alteram in ما, ut sensus ex iis elici possit. Sic autem verba mente capio. »Et quaenam est tristitia, o anima mea, et quid est, quo laetabuntur malevoli?« l. 12. Vox المرتفعة a Lettio in erratis mutatur in ومنه المرتعة, sed quid hoc sibi velit, nescio. Praeferenda enim est vox المرتفعة, quae cum Kamusi explicatione consentit. l. 7. Vox ندات in textu Lettii vitiosa est. Sine dubio legendum est بدت *apparet*. Et pro sequente حراقيفها malim legere حراقفها, quod est Pluralis حرقفة, quod Kamusi verbis والحدبا الدابة الة بدت حراقفها confirmatur. In sequente aenigmate p. 32. plura sunt emendanda. Vitiosa est linea quinta et corrigenda sunt verba يخص et قربه in يحص et تربه. Sensus hujus lineae est

«impellit ad probitatem, sed ab ejus propinquitate abhorretur» l. 7. Voces ويسير زعن mutavi in يسيرها عن, dum suffixum ad praecedens نفس refero. Haec emendatio metro apta est. Sensus hujus lineae autem est hic: «Proficisci jubet eam (animam), etsi ab itinere abhorreat.« Et potes pro يسيرها in textum recipere يسيرنى, quod non minus metro et sensui aptum est.

V. 38. In hoc versu nil corrigendum erat.

In scholiis p. 32. l. 9. vocem عرضه mutavi in غرضه, et haec est unice vera lectio. In sequenti linea dubito de voce التنعل, quae sensum turbat, quomodo sit emendanda. Sensui aptior esse videtur vox التنصل, quae a me mendosae loco in textum recepta est. Pro sequente voce ولاستعطاف posui والاستعطاف. l. 13. Vox يامن in duas يا من separanda erat, et pro اوعدنى sensui aptior esse videbatur وعدنى. Litera ا ex praecedente voce اذا duplicata esse potest. Versum, qui in scholiis adlegatus est, Lettius in adnotationibus non recte vertit, ita est vertendus: »Ego, quum ei minor, et ei promissa do, minas non perficio, promissis sto.« P. 33 l. 1. Vocem فالتعظيم mutavi in والتعظيم, nam, quamvis haud omnino insolita sit litera ف ad conjungendas duas voces, in scholiis eam non inveni adhibitam. l. 3. Obscura sunt verba والتقوية الرجا, nam neque vox التقوية bene conjungi potest cum praecedente, si sensum spectas, neque cum sequente الرجا, quum articulum habeat. Supplevi praepositionem فى, qua haec vox cum sequente cohaeret. l. 5. Et verba ضريع اسمعه non bene se habent, prior enim vox neque sensui apta est, nec cum sequente cohaeret, quam ob causam eam in تضرع mutavi, et post mutatam inserui انه. Sensus horum verborum est: »Et eo, quod eum appellat *Legatum Dei*, se ei submittit.» In sequente linea pro ولان scripsi لان. l. 7. Voces الذى هو a praecedente pendeant necesse est, sed id, a quo pendeant, abesse videtur, ut non possim, quin ante vocem الذى voces رسول الله in textum recipiam.

V. 39. In versu vocem الذى cum Wezla scripsi. Articulus in voce القران ad prius hemistichium pertinet, eamque ob causam, ut fieri solet in codicibus, a voce eum separavi. Vocem مواعيظ *(nawaïthso)* mutavi

contra regulas grammaticas in *mawaïthson*, ut metrum perfectum esset. Alias emendationes silentio praetermitto, quum leviores sint.

Locus in Scholiis e Corano adlegatus est Sur. XVIII versus 81. Alter locus est Sur. 21 v. 72. P. 34 l. 3. Post vocem رسول, inserui الله. l. 4. Pro voce تبين emendandum esse puto تبيين. Tertius locus e Corano adductus est Sur. 7. vers. 198. lin. 8. Vocem اشمل mutavi in اشتمل. l. 16. Non ausus sum corrigere voces قبل ما زاد, quum bonus eis insit sensus; sed fortasse tamen legendum est قيل لما *appellatur id* etc.

V. 40. In versu emendationem factam, quae levis est, omitto.

In scholiis plura emendanda reperi. P. 55 l. 6. Pro تاخذ lege تاخذنى, ut in versu est. l. 8. Vox تزوق sensum turbare videtur, et in ejus locum substitui بزور. l. 9. Vocem التنصيل mutavi in التنصل, quum significatio conjugationis quintae sensui apta sit. lin. 10. Pro voce قولة scribendum erat قول.

V. 41. In priore hujus versus hemistichio vocem ما omisi, quae superflua est, et, ut videtur, repetendo praecedente ما in voce مقاما orta est. Tum vocem واسمع scripsi *wäasmaoh*, denique vocem يسمع, *jasmaoh*. Vocem القيل mutavi in الفيل, quum omnes codices, teste Lettio, sic habeant, neque ullum dubitandi locum verba scholiastae والفيل اعظم الدواب شانا, quae Lettius in adnotationibus suis conservavit, relinquant. Et vox القيل *alkail* nullo modo propter versus homoeoteleuton admitti potest.

V. 42. In hoc versu vocem يرعد, quae apud Lettium erat activum primae conjugationis, mutavi in *jorahdo* passivum quartae conjugationis.

V. 43. In hoc versu duo corrigenda erant, unum est, quod vocem اقتنع efferendum putavi *actathioh*, alterum, quod vocem مدرعا scripsi مدرعا *moddariahn*, ut metro apta esset.

V. 44. In hoc versu tria a me emendata sunt, quae tamen, quum sint minoris momenti, silentio praetereo.

In scholiis p. 56 lin. 5. vocem يمينته mutavi in يمينه. l. 6. In vocibus اجازيه et الجازية, quae ad explicandas voces انازعه et المنازعة additae sunt, vitium esse videtur, quum verbum نازع non habeat eandem significationem, quam verbum جازى; significat potius idem ac خاصم et جاذب. Quum vero haec vox

consonantibus simillima esset voci جازّى, non dubitavi, quin unam vocem in اجذبه, alteram in الجاذبة mutarem. l. 9. Dubium quoque mihi movit vox المعتد, nam nescio, an haec idem significet ac nostrum »einer auf den man zählt.« Eam emendandam esse censui in المعتمد, ut voces المعتمد به non aliud significent, quam المعتمد عليه; nisi potius عليه pro به legere malis.

V. 45. In hoc versu multa emendatione egent. Prima vox لذاك *lidsaca* mutanda videtur in *ladsaca*, prius enim ad aliquid, quod praecessit, referendum esset, quod fieri nequit et scholiastes hanc vocem ad legatum Dei referri jubet. Lettius his punctis instruxisse videtur vocem propter sequentem vocem الهيب, sed et haec vox mendosa est. Pro voce الهيب lego اهيب, ut Reiskius jam adnotavit; efferendum autem hoc verbum aliis vocalibus, quam ille jubet; metro enim et scholiastae explicationi repugnaret, si *Ohiba* tanquam passivum conjugationis quartae efferetur. Forma est comparativa, quae et in notis ad *Excerpta ex Ispahanensi* p. 17 occurrit. Sequentem vocem عندى Reiskius in *novis Actis eruditorum an.* 1767. p. 688 scribendum censuit *ahnadi* (cor meum), quod metrum nullo modo patitur. Pro sequente اذا legendum mihi videtur اذ, quod metrum non respuit. Pro اكلمه *aclimaho* autem scripsi *ocallimoho*, tam ob grammaticam, quam ob metrum ex lectione Lettii et Reiskii. Ex Lettii lectione tale est

⏑ – – – | ⏑ – – | ⏑ – – | ⏑ ⏑ –

Ex Reiskii lectione ita est constitutum

⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ ⏑ – | ⏑ – – | ⏑ ⏑ –

Utrumque falsum. Quod si vero unum vel alterum, ceteris haud mutatis, in hemistichio corrigere velles, metrum nullo modo stare posset. Emendati vero hemestichii, ut fecimus, metrum tale est, quod esse oportet.

⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ ⏑ –

Sed et in altero hemistichio duae voces emendatione egent. Pro منسوب *mensubo* scribatur necesse est *mensubon*, et pro ومسول *wamasulo* scribatur, ut fecimus in versu *wamasúlo*. Non minus vero in versione erravit uterque interpres, cujus rei causa partim falsae lectiones, partim falsus efferendi modus fuere, sed nescio, quomodo, ducente scholio hujus et

sequentis versus in rectum tramitem, Lettius vertere potuerit hunc versum:

»Ob hunc timor penes me, quum eum alloquor et dicitur: sane tu rogaberis de tua stirpe et quis tu?«

et Reiskius eum corrigens in novis actis p. 69. tali modo:

»Propterea territum fuit et trepidavit cor meum, cogitanti, quando mihi ille (Muhammed) alloquendus fuerit, et mihi dicent (adstantes ipsi). Interrogat te (Muhammed) de genere et nomine tuo.«

In scholiis p. 55 l. 1. Post verba قوله ومعنى supplevi منسوب ومسول et in linea 12. mutavi vocem مسيل in مسول. P. 57 l. 1. pro الى الخوف scripsi والخوف, ne sensus turbaretur.

V. 46. In hoc versu plures erant emendationes faciendae, tam ob metrum, quam ob grammaticam. Vox مسكنه in priore hemistichio metro contraria est. Sunt tales hemistichii syllabae

– – ◡ – | – ◡ – | – – | ◡ ◡ –

Deficiunt duae syllabae, brevis longaque in tertio pede, quae proveniunt mutata voce مسكنه in في مساكنه. In altero hemistichio vox عثر efferenda est, ut grammaticae regulis satisfiat, *atstsara*, sequens vox غيل autem *ghilon*.

In scholiis p. 37 l. 4. supplenda esse mihi videbatur vox الله post vocem رسول. l. 9. Pro الملكب scripsi الملتف, quae unice vera lectio esse videtur.

V. 47. Memoratu dignior in hoc versu a me facta est emendatio vocis فيلحم in *fajalhama*, ut hoc loco ف significationem *ut* habeat.

In scholiis p. 38 l. 1. mutavi vocem المذكورة in المذكور, quum voces, ad quas referri debeat, masculini generis sint. l. 2. Vocem صيد scripsi صيدا, quum regatur a voce فيطلب, quae accusativum postulat. Ibidem vox متطعميهما constructionem turbat sensumque. Emendavi فيطعمهما, quae vox, omissis punctis diacriticis alteri simillima sit. Et legi potest مطعميهما. l. 9. Pro صغار legendum esse necessarium putavi قطعا صغارا.

V. 48. Non omnes emendationes a me in hoc versu factae commemoratione egent; duae autem prae aliis graves sunt, una, quod mutavi ان *in*

in *an*, altera, quod pro مغلول scripsi مفلول, quum nullum mihi dubium mutandae vocis remaneret, nam scholion, etsi hoc loco sit corruptum, veram lectionem indicat. Praeterea et vox مفلول sensui versus magis apta est, quum de leone in versu sermo sit. De adversario victo leonis non bene adhiberi posse videtur vox مغلول.

In scholio p. 39 l. 1. plura emendanda erant; primo pro مغلول legendum مفلول; tum post hanc vocem inserenda erat vox المفلول, denique vox الماسور mutanda in المكسور propter sequentem lineam, in qua vox hoc explicatur verbo. In hac linea secunda pro الغل scripsi الفل et pro الكسر, quod magis placeret, كسر. Versum autem l. 3. et 4. ipse Lettius jam correxit in adnotationibus suis. l. 5. Pro مغلول scribendum erat مفلول.

V. 49. In hoc versu nil mutavi; in scholiis autem plura. l. 7. Inter voces بان et الاسود delevi vocem الاسد, quae superflua esset. In sequenti linea octava mutanda erat vox يخافه in تخافه, quum ad praecedentes voces الاسود والرجال referenda esset. Ibidem dubitavi, utrum vocem ساكنة mutarem in ساكتة, an l. 12. voces سكت et ساكت emendarem. Mutavi tamen priorem locum, quum duae voces in altero plus auctoritatis habere viderentur. l. 10. Vocem وليست correxi in وليس, quum هذا sequeretur. l. 12. Pro voce سكت legendum erat ساكتة, ut forma conformis esset praecedenti ضامرة.

V. 50. Plura a me in hoc versu emendata sunt, unum autem majoris momenti est, eamque ob causam silentio haud praetermittendum. Mutavi nempe vocem مطرح *mutriho* in *mutharriha*.

In scholiis p. 40. l. 2. mutavi vocem المشتددة in المشددة. l. 3. Pro voce البزان, quae sensum non habet, scripsi البزاز. l. 4. Aut omnino delenda vox هو inter الاول et بكسر, aut ponenda ante vocem بكسر. l. 7. Voces لاخو ثقة correxi in لاخى ثقة.

V. 51. Emendationem in versu factam omitto, quum levior sit.

In scholiis l. 8. vocem يلبغ mutavi in يبلغ. l. 9. Pro voce بنبينا scripsi نبينا. l. 11. Contraxi voces هند et وانى in unam. l. 14. Voci نبى addidi articulum ال, qui necessarius esse videretur.

V. 52. In hoc versu duo mutavi, unum مكة *meccatin* in *meccata*, ob Grammaticam et metrum, alterum زولوا *sawalu* ob grammaticam, rhythmum et metrum in *sulu*.

In scholiis p. 41. l. 1. pro فتية scripsi فى فتية, quum ita in versu sit, nam scholiastae in citatis haud solent omittere praepositionem. l. 2. Pro وروى فى العصبة scripsi ويروى فى عصبة, articulus enim in versu locum habere non potest. l. 6. Vocem قريش mutavi in قريشا ob praecedens واصطفى l. 7. Vocem القريشا emendavi in قريشا, nomina propria tribuum saepius articulo carent, tum quoque eadem vox in versu nostro sine articulo occurrit. Cum articulo autem accusativus القريش esset sine ا. In eadem linea pro التقرش Lettius habet التقرث. l. 8. Pro كسب scripsi الكسب, quum vox cum articulo praecedat. l. 9. Pro كانت تقريشا sensus postulare videbatur كانت قريش, quod in textum recepi.

V. 53. In hoc versu pro كشف *coschfon* scripsi ob metrum coschofon, ceterae emendationes leviores sunt.

In scholiis p. 42 l. 6. mutavi vocem ميملة in الميملة, quum vox cum hac conjungenda articulum habeat. l. 7. et 8. Voces البيت من الواش ببطن omnino corruptae sunt. Eas emendavi in البيت يزالوا من بطن, ut sensus bene procederet. l. 8. Vox فيين mutanda erat in فيهم.

V. 54. Tres praecipue nominandae sunt emendationes in hoc versu factae. Vocem لبوسهم scripsi *labusahomo* ob metrum, pro داود *däudi* scripsi *daüda* ob grammaticam, et vocem الهيجا *alheidjäi* scripsi *alhaidja* ob metrum.

In scholiis p. 42 l. 10. et 11. voces الذى قصبة على مع استوا علاه corruptae sunt et sensus bonus ex iis erui non potest. Eas mutavi in الذى قصبته علية مع استوا اعلاها. Et emendari potest in الذى قصبة انفذ علية مع استوا اعلاها. l. 15. Inter voces المنسوج نبى inserui يعنى دروع اصحاب, nam voces نبى الله in Genitivo cum voce المنسوج conjungi non possunt; sed a verbo aut verbis omissis regantur necesse est. l. 11. Pro الهيجاء legatur necesse est الهيجا, quum tali modo scribenda sit vox in versu.

V. 55. In hoc versu voci شكت puncta passivi addidi, nam his punctis efferenda est.

In scholiis p. 43 l. 5. vocem لدخال mutavi in ادخال. l. 9. Vocem المضاعقة mutavi in المتاعقة, quam mutationem sensus postulare videtur. l. 10. Vocem بينهما correxi in بينها, quum a voce حلق pendeat. Pro لقفعاء posui القفعاء, quod in versu est. l. 10. et 11. Voces هو نعاف ابعدها عن مهملة omnino corruptae sunt et sic mihi videbantur restituendae هو بقاف فا بعدها عين مهملة illa vox scripta est littera Kaf, Fa et post eam Ain sine puncto diacritico. l. 12. Pro لحلق الدروع scripsi حلق الدروع, nam prior vox cum altera cohaerere videtur.

V. 56. In hoc versu vocem رماحهم *rimahohom*, ob metrum efferendam esse putavi *rimahohomo*.

V. 57. Emendatio in versu facta levior est. In scholiis p. 44 l. 8. vocem البيض mutavi in الابيض, ut cum voce ازهر eandem formam haberet. P. 45 l. 1. Vocem المنعنى correxi in يمنعنى ob praecedentem vocem يعصمنى. Ibidem inserui inter vocem فرد et اعرض conjunctionem و. In eadem linea voces وهى مهملة mendosae esse videbantur, nam pendent a vocibus وقوله عرد, quae masculinum exigunt, eam ob causam وهو مهمل scripsi. Si عرد feminini generis esset, et sequens adjectivum femininum esse posset.

V. 58. In hoc versu duae emendationes sunt, una, quod vocem يظغع scripsi *jakthao*, altera, quod vocem بنحورهم mutavi in فى نحورهم *fi nóhurihimi*. Hujus rei causa est metrum. Voce hac immutata tales sunt hemistichii pedes in fine versus vitiosi.

— — ◡ — | — ◡ — | — ◡ ◡ — ◡ —

Mutata hac voce tale prodit metrum.

— — ◡ — | — ◡ — | — — ◡ — | ◡ ◡ —

In scholiis p. 45 l. 5. voces بل يقدموا mutavi in بل يقدمون, quum non sit causa futuri apocopati. Ibidem vocem فى نحورهم, ut in versu emendavi in بنحورهم. l. 7. Pro غيرهم عنها scripsi غيرهم عنه, propter praecedens الشى, sed fortasse plura jam in hoc loco corrupta sunt. l. 8. Pro على من scripsi الى من, quum verbum نظر cum praepositione الى componatur.

Quas in adnotationibus, lector benevole, legis conjecturas, eae non sunt certae codicum lectiones, sed emendatione aut confirmatione maxime egent.

Erratis veniam dent, viri doctissimi! Eos autem, quorum in manibus sunt manuscripta, vehementer rogatos velim, ut carmini huic praeclaro consulentes ex iis loca sive emendanda sive confirmata mecum communicent. Tales ex codicibus aut publice aut privatim mihi indicatae lectiones grato animo indicis loco, quo major sit operi huic utilitas, libro addam.

Adnotationes in carmen Motenabbii.

Carmen hoc e numero eorum est, quae in Perside dicta Persicorum nomen gerunt, inimicitiae enim quum poetae cum Cafuro Aegypti principe intercessissent, in Persidem se contulit et per aliquod tempus apud Abu-l'Fadhlum Muhammedem ben-Hosain ben-Alhamid, qui Ardjani tum temporis sedem habebat, vitam gessit. Compositum est, ut videtur, hoc carmen non multo ante annum Hedjrae 354, si non ipso isto anno, mense enim Rabiae posterioris ejusdem anni, huic principi carmine valedixit et Schirasum ad Adhad-Aldaulam contendit. Seriora hujus poetae celeberrimi carmina pulchritudini cedunt prioribus, difficultate ea superant, quum enim poeta in imaginibus saepius naturam reliquerit, hae intellectu difficiliores sunt, et hanc ob causam in adnotationibus in sensus et imaginum explicatione, aliis omissis, maxime versabor.

In hoc carmine principi de initio novi anni gratulatur et pro donis ad se missis gratias agit. Quis sit idearum nexus, in adnotationibus ad singulos versus breviter docebimus; hic locum habeant pauca de metro dicta. Metrum ad genus Arabibus الخفيف dictum pertinet. Singula hemistichia versus constant tribus pedibus, singuli pedes habent quatuor syllabas. Versum igitur senarium appellare potes. Primus et tertius hemistichii pes est Epitritus secundus — ⏑ — —, secundus autem est

Epitritus tertius — — ◡ — et iidem pedes in altero hemistichio repetuntur. Tale est metrum regulis aptum

— ◡ — — | — — ◡ — | — ◡ — —
— ◡ — — | — — ◡ — | — ◡ — —

فاعلاتن مستفعلن فاعلاتن
فاعلاتن مستفعلن فاعلاتن

In versibus carminis nostri hi pedes vario modo mutantur. In primo, tertio, quarto et sexto pede prima syllaba longa saepissime fit brevis, ut sit pes Ionicus a minori ◡ ◡ — — فعلاتن. In secundo et quinto pede item prima syllaba longa saepissime brevis fit, ut sit Dijambus ◡ — ◡ — مفاعلن, quae mutatio in carmine nostro frequentissima est, ut raro pes Epitritus tertius appareat. Sextus pes interdum in Molossum contrahitur — — — مفعولن. Variatum igitur est metrum singulorum versuum. Tale exempli gratia esse potest

— ◡ — — | ◡ — ◡ — | ◡ ◡ — —
◡ ◡ — — | — — ◡ — | — — —

Homoeoteleuton القافية est متواترة, quod jam in prologo ad carmen Caabi explicavimus. In syllaba finali vocalis abjicitur et litera cum praecedente vocali effertur, ut semper cadant versus in اده âdoh.

v. 1. Poeta novi anni diem inducit pro persona, quae hunc principem visitatum veniat, ut adventu suo neminem praeter principem videre voluerit. Quum principem adspexerit, desiderio satisfactum est. Hoc poeta exprimit modo proverbiali; dicitur enim: ignitabulum meum scintillas ejus, quod volui, emisit; pro, · rem, cujus desiderio impletus eram, consecutus sum.

v. 2. Dicit poeta: adspectus tuus, o princeps, huic dici idem, quod viatori commeatus. Hoc commeatu efficitur, ut iterum ad te videndum redire possit.

v. 3. Duplici modo sensus hujus versus ab interpretibus Arabicis constituitur. Sunt, qui dicant, ,,dies hic, quum deflectit oculum ab hoc principe sine visu et somno manet, donec ad eum redit." Alii hunc sensum rejiciunt, et talem versui inesse sensum contendunt. "Quum te o

princeps, hic dies adspexerit, visu somnoque potitur, optimis rebus, quae oculo contingere possunt.

v. 4. Nil aliud dicere voluisse videtur poeta, quam, laeti sumus in Persidis terra, et laetitiae nostrae causa est hujus diei adventus. Varium tamen huic versui tribuunt sensum interpretes Arabici.

v. 5. Hic versus referendus est ad consuetudinem Persarum primo anni die festivo sertis ornare caput, nam anni initium apud eos non hiemis, sed veris tempore. Non bene autem poeta noster tam vallibus, quam collibus serta dedit, quum serta capiti solummodo imponi soleant. Colles tanquam terrae capita huic imagini apti sunt, non item valles, quibus, quippe sint terrae inferiores partes, cingula ازار dari decuit. In hoc versu a primi diei commemoratione transit ad principis laudem. Dicit, majori potentia gaudet, quam cui Abu-Sasan, fundator regni Persici Sasanidarum ejusque posteri Sasanidae potentissimi comparari queant.

v. 9. Significat hic versus, quemlibet, qui dono a principe donatus sit, putare, se maximum accepisse donum, dona ejus autem tempore crescere, ut priore posterius majus sit.

v. 10. Sunt, qui versu baltei longitudinem describi explicent. Sed baltei longitudo nil ad rem refert, honor significatur, quod princeps poetam gladio suo ornaverat. Quum vero balteus hujus gladii tetigerit principis humerum, et balteo tribuit, quod doni erat. Dicit poeta, dono tuo tanto honore sum affectus, ut humerus meus sidera tangat.

v. 11. Quum gratias acturus doni mentionem fecerit, jam pergit ad laudem ensis dono ipsi dati. Dicit, est unicus in suo genere, et quum gladium personam effinxerit, parentes ei tribuit, dicitque parentes unicum eum reliquisse. Parentes ensis sunt montes, petrae, fodinae. Utitur autem voce *avis*, pro *parentibus* propter homoeoteleuton.

v. 12. Describit poetae fulgorem hujus gladii et dicit, eum esse maximum, ut ipse sol in errorem inducatur, putans, hunc esse suum fulgorem.

v. 13. Non minus vaginam, in qua reconditus est, pulcherrimam depingit. Dicit, splendore vaginam ensi simillimam fecerunt, ut si quis

vaginam adspiciat, putet, eam esse ipsum ensem, et hoc fecerunt metu, ut oculus adspectu pulcherrimo privaretur. Aliis ab hoc diversum sensum versui inesse placet, nempe, argento vaginam obduxerunt metu, ne gladius ipsam vaginam acie sua corrumperet.

v. 14. Pergit in vaginae descriptione. Dicit, aureis induta est calceis, et quum usus esset verbis *calceis aureis*, eique tanquam personae pedes dedisset, addidit, non, quod nudipes sit, hoc est, non quod inferior vaginae pars argento munita non sit, sed quod haec persona mare portet eamque ob causam firmioribus calceis opus sit. In hoc versu autem ensem ob splendorem undulosum mari comparavit, at quum vocem *mare* adhibuisset, undulosum ejus nitorem spumae maris contulit.

v. 15. Redit in hoc versu poeta ad gladii laudem. Dicit: acies ejus equitem armis tectum in duas partes dividit ipsamque sellam, ut nil praeter ejus extremitates duas, quod a medio remotae sint, integrae remaneant. In hoc versu poeta vocem شفرتيه in duali posuit, quamvis una solummodo acies gladii secat; sed hoc saepius in carminibus observatur. Taraf, Moall. v. 81. Pro بداداه *duae extremitates ejus* (*sellae*) dixit بداده ob homoeoteleuton. Sed et singularis ferri potest, quum haec vox stratum ephippii significet. Prius autem magis poeticum mihi videtur.

v. 16. Hoc in versu dum poeta principem ejusque gladium sibi donatum laudat, sibi ipse laudem tribuit. Multo certe est poeta noster amore sui arrogantiaque plenus, ut pluribus in carminibus appareant.

v. 17. Inter dona, quae poeta a principe acceperat, gladius eorum praecipuum habendus erat. Confert igitur hunc gladium cum naevo nigro, quo facies alicujus ornatur, et dicit, se gladio tanquam naevo nigro ornatum esse. Quum autem naevi nigri mentionem fecerit, cutis non obliviscitur, et reliqua dona, in quorum numero gladius erat, cutis nomine designat, ut gladius propter eximiam pulchritudinem naevus niger esse videatur. Caeterum hunc versum vario modio scholiastae Arabici interpretantur.

v. 18. Iam transit ad laudandos equos, qui in principis dono missi erant. Dicit: hi equi sunt celeres, et ita condocefacti a principe, ut ego,

qui non multum peritus artis equestris sim, in iis sedens eques fiam. Et hic versus varias interpretationes ab Arabibus passus est.

v. 19. Ab equis ad ipsum laudandum principem transit, dum ejus vastum imperium memorat. Dicit enim: equi dono mihi dati ipsos me domino quietem capturos esse, speraverant; sed haec eos spes fefellit, non quod ego multum iter faciam, sed quod regiones imperii, in quo mihi iter faciendum est, vastae sunt.

v. 20. Se excusatum vult apud principem in hoc versu, quod ei laudando impar sit. Particula interrogativa optativi loco posita est. Ut hanc excusationem princeps accipiat, optimum, quod possideo, nempe pupillam oculi mei, ei trado, et ut hunc sensum exprimat, dicit, excusatio mea atramento pupillae meae scripta est, dum pupillam oculi ob colorem nigrum cum atramento comparat. Quod si hunc sensum accipis, suffixum in voce مداده ad vocem عذری referendum est. Alii autem, qui suffixum cum principe Abu-l'Fadhlo conjungunt, his verbis significari votum poetae pro principis salute, contendunt, dum dicit, pupilla oculi mei sit atramentum Abu-l'Fadhli. i. e. Oculum meum pro ejus salute perdere volo.

v. 21. Dicit poeta: ego ob vehementiam pudoris, quod eum non possum convenienter laudare, aegrotus sum. Princeps autem, qui aegritudinis meae causa est, dona quotidie mittit, quae me visitatum veniunt. Comparat igitur dona ejus quotidiana cum hominibus, qui aegrotum quotidie visitatum veniunt, ut eum in aegritudine consolentur.

v. 22. Pudor meus multiplicatur eo, quod princeps versus meos, quamvis ejus magnitudinem haud satis digno modo describant, accipit, eosque ita laude immerita ornat.

v. 23. Simul in laude principis et excusatione sui ipsius pergit, et dum se cum falcone comparat, principem comparat cum sidere splendidissimo. Dicit: licet sim poetarum maximus, te, o princeps, laudibus tuis virtutibus dignis celebrare non possum, quum virtutes tuae majores sint, quam quae a poeta in laude versatissimo describi possint, sicut falco venando aptissimus volatu suo sidera non attingit, eaque tanquam praedam capere nequit.

v. 24. Dicit, se quidem laudem principi convenientem nullo modo dicere posse, quum verbis virtutibus his aptis careat; sed, quales ejus sint virtutes, se bene nosse, laudesque talibus virtutibus aptas animo tenere.

v. 25. Alteram causam, cur ei convenientes laudes adferre non possit, addit, eam scilicet, quod hic princeps omnibus, quos ante eum viderit, hominibus antecellat virtutibus. Alio autem modo, quam carminibus se ei gratias agere non posse, quum haec sibi consuetudo sit. Ab hoc diverso modo alii hunc versum explicant, ut suffixum in voce اعتياده referendum sit ad principem, et posterior versus pars in principis descriptione versetur, qui consuetudinem beneficiis ornandi habeat.

v. 26. Dum in excusatione pergit, comparat principem cum mare ejusque virtutes cum maris fluctibus. Dicit, sicut excusandus est, qui maris fluctibus submersus est, quod eorum numerus eum praeteriit, ita et ego excusatione dignus sum, quod virtutes principis enumerare non possum. Ego enim earum copia obrutus sum tanquam maris fluctibus submersus, et plures sunt, quam ut numerari possint.

v. 27. Dona me vincunt, dicit poeta, copia, et ego cum iis certare non possum, quum a principe mittantur, qui mari similis est, quod nunquam exhauriri potest. Carmina autem, quae pro donis mittere possum, me auctorem habent, in maris fluctibus submerso similem. Verborum lusus autem observandus est in vocibus ابن العميد et العماد.

v. 28. Tertiam in excusando causam addit, cur eum convenienter laudare non possit, quod eum non capiat, neque ejus eloquentiam et ingenium poeticum possideat.

v. 29. Vox كريم *generosus* in versu praecedente ad describendam principis liberalitatem ducit. Dicit: tanta ejus est liberalitas, ut ipse in hac liberalitate injustus sit, dum eos, quos donis cumulat, ut plus secum auferant, quam portare valeant, cogit. Dum autem donorum copiam cum mare comparat, id, in quo haec dona auferuntur, uteres aquarios esse dicit, erga quos igitur hic princeps injustitiam exercet, quia eos, ut maria auferant, cogit, quod perficere non possunt.

v. 30. Multa commoda poeta e principe percepit; sed maximum est, quod carmen benevole accepit, nam sperat, fore, ut a principe sermonis elegantiam edoceatur.

v. 31. Laudat principem ob singularem liberalitatem, quod poeta ingenium suum dono dare cupit. Interpretes Arabici vocem فؤاد *cor* significatione عقل *ingenii*, *scientiae* accipiendam esse jubent.

v. 32. Celebrat poeta principis eloquentiam, qua omnes homines vincat. Quum vero Arabes campestres eloquentiae laude insignes essent, hic princeps autem in Perside vitam degeret, dicit, ejus loci (sc. Persidis) Curdae (i. e. Persidis incolae) ei loco Arabum campestrium sunt. Quamvis hic princeps non inter Arabes campestres; sed in Perside inter Curdas vitam degat, nihilominus tamen omnium eloquentissimus est.

v. 33. Comparat in hoc versu principem cum plantis terrae ob maximam utilitatem, homines autem ob malam indolem cum locustis, quae plantis terrae ad vitam necessariis carere non possunt. Ita in hoc versu principis laus posita esse videtur in eo, quod ejus persona omnium hominum vitae necessaria sit. Interpretatio hujus versus inter Arabes discrepat.

v. 34. In hoc versu conferre videtur poeta principem cum propheta (Muhammede), qui tum a Deo prodire jussus est, quum mundus corruptus esset, ut eum a malis liberaret. Ita et hic princeps a Deo creatus est, ne mundus ob pravitatem periret.

v. 35. Princeps in mundo similis esse videtur lunae splendenti in nocte obscura. Homines igitur poetae sunt noctis tenebrae. Ut autem luna splendens noctem ornat, neque ab ejus nigredine obscuratur, sic princeps mundo ornamentum est, neque ab ejus pravitate corrumpitur.

v. 36. 37. Iu his versibus se excusat, quod primo anni die principi nullum donum mittat, ut mos servorum in dominos ferat. Dicit, se nil possidere, nisi quod a principe dono acceperit, pecuniam et equos.

v. 38. Versus autem quadraginta, quos gratulationis gratiarumque causa ei mittit, appellat quadraginta equuleos. Et ob hanc comparationem

dicit, eorum hippodromos est eorum recitatio; nam sicut equorum bonitas in hippodromo cognoscitur, ita versuum in recitando.

v. 39. Dicit poeta, quadraginta annos numero versuum meorum summum numen addat vitae tuae. Non dico plures, quoniam his peractis vivere non desiderabis, nam quum hos poeta scriberet versus, princeps, septuagesimo vitae anno peracto, non multum ab octogesimo distabat.

v. 40. Poeta in hoc versu principem rogat, ut versus memoria teneat. Quum autem versus appellaverit equos, animum vel memoriam, qua versus tenentur, cum stabulo comparari oportuit, in quo adligantur hi equi. Ut igitur poeta in imagine incepta permaneat, dicit, hos equuleos in stabulo adliga, nam in stabulo (i. e. in animo) nutriti sunt, cujus equi (versus) celeritate insignes sunt. Hoc autem dicere vult, se optimos componere versus.

Corrigenda.

Prologus.

Pag. II. l. 4. quob l. quod

— — l. 20. ab l. ex

— — l. 25. nominet l. nominat

— VII. l. 15. contractu l. contracta

— IX. l. 9. فطعا l. قطعا

— XIII. l 4. لمضرب l. المضرب

— — l. 7. patre l. patri

— XV l. 10. legi l. legitur

— — l. 12. يشى l. بشى

— — l. 25. petiens l. petens

— XIX l. 6. vaeh l. vae

— XXII l. 8. spondaeus l. spondeus

Versio.

p. 5 l. 10. acumini l. cacumini

— — l. 18. nasuque l. nasoque

— — l. 27. nasusque l. nasique

— 4 l. 27. Chameleontis l. Chamaeleontis

— 5 l. 22 cui l. quam

— 6 l. 11. Ahtster l. Ahtstser

— — l. 30. petiebant l. petebant

— 11. l. 7. posu l. posui

— 15. l. 18. ta l. ita

— — l. 17. adjec- l. adjecti-

— 19. l. 7. خرها l. اخرها

— 20. l. 5. mammis l. mammas

— — l. 5. scholis l. scholiis.

— 21. l. 11. qui l. quae

— — l. 31. medius l. melius

— 26. l. 1. dum l. cum

— 28. l. 25. efferendum l. efferendam

— 29. l. 16. scribendum l. scribendam

— — l. 26. hemestichii l. hemistichii

— 33. l. 18. يثغع l. ينقع

— — l. 26. Ibidem vocem فى نحورهم ut in versu emendavi in بنحورهم l. Ibidem vocem بنحورهم ut in versu emendavi in فى نحورهم

— 34 l. 4 indicatae l. indicatas

— 35 l. 9 pulchritudini l. pulchritudine

— 37 l. 11 quippe l. quippe quae

— — l. 25 gonere l. genere

— 38 l. 11 integrae remaneant l. integrum remaneat

— — l. 29 modio l. modo

— 40 l. 12 mare l. mari

— — l. 30 mare l. mari.

Adnotationes.

P. 5 l. 2. اوضحته in l. in اوضحته

— — l. 14. inclusa l. inclusi

— 9. l. 24. وواعدنني l. وواعدني

— 10. l. 2. Jastreb l. Jatsreb

Textus Arabicus.

pag. ٥ l. 6 الرباح l. الراح

— — l. 12 كشف l. تكشف

— — l. — ويحففيه l. وتحففيه

— ٨ l. 14 تاكيدا l. تاكيد

— ١٧ l. 9 بحسبوه l. بجبسوه

— ٢١ l. 12 الفلول l. المفلول



قال اشجع بن عمرو السلمى

١ مَضَى ٱبْنُ سَعِيدٍ حِينَ لَمْ يَبْقَ مَشْرِقٌ … وَلَا مَغْرِبٌ إِلَّا لَهُ فِيهِ مَادِحُ

٢ وَمَا كُنْتُ أَدْرِي مَا فَوَاضِلُ كَفِّهِ … عَلَى ٱلنَّاسِ حَتَّى غَيَّبَتْهُ ٱلصَّفَائِحُ

٣ فَأَصْبَحَ فِي لَحْدٍ مِنَ ٱلْأَرْضِ مَيِّتًا … وَكَانَ بِهِ حَيًّا تَضِيقُ ٱلصَّحَاصِحُ

٤ سَأَبْكِيكَ مَا فَاضَتْ دُمُوعِي فَإِنْ تَغِضْ … فَحَسْبُكَ مِنِّي مَا تُجِنُّ ٱلْجَوَانِحُ

٥ وَمَا أَنَا مِنْ رُزْءٍ وَإِنْ جَلَّ جَازِعٌ … وَلَا بِسُرُورٍ بَعْدَ مَوْتِكَ فَارِحُ

٦ كَأَنْ لَمْ يَمُتْ حَيٌّ سِوَاكَ وَلَمْ تَقُمْ … عَلَى أَحَدٍ إِلَّا عَلَيْكَ ٱلنَّوَائِحُ

٧ لَئِنْ حَسُنَتْ فِيكَ ٱلْمَرَاثِي وَذِكْرُهَا … لَقَدْ حَسُنَتْ مِنْ قَبْلُ فِيكَ ٱلْمَدَائِحُ

٢٧	لِلنَّدَى الغَلْبُ إِنَّهُ فَاضَ والشِّعْـــرُ عِمَادِى وَٱبْنُ العَمِيدِ عِمَادُهْ	
٢٨	نَالَ ظَنِّى ٱلأُمُورَ إِلَّا كَرِيمًـا	لَيْسَ لِى نُطْقُهُ وَلَا فِىَّ آدُهْ
٢٩	ظَالِمُ ٱلْجُودِ كُلَّمَا حَلَّ رَكْبٌ	سِيمَ أَنْ يَحْمِلَ البِحَـارَ مَزَادُهْ
٣٠	غَمَرَتْنِى فَوَائِدٌ شَـآءَ فِيهَـا	أَنْ يَكُونَ الكَلَامَ مِمَّا أَفَادَهْ
٣١	مَا سَمِعْنَا بِمَنْ أَحَبَّ العَطَايَـا	فَٱشْتَهَى أَنْ يَكُونَ فِيهَا فُؤَادُهْ
٣٢	خَلَقَ اللَّهُ أَفْصَحَ النَّاسِ طُرًّا	فِى مَكَانٍ أَعْرَابُهُ أَكْرَادُهْ
٣٣	وَأَحَقَّ الغُيُوثِ نَفْسًا بِحَمْدٍ	فِى زَمَانٍ كُلُّ ٱلنُّفُوسِ جَرَادُهْ
٣٤	مِثْلَ مَا أَحْدَثَ النُّبُوَّةَ فى العَا	لَمِ والبَعْثَ حِينَ شَاعَ فَسَادُهْ
٣٥	زَانَتِ اللَّيْلَ غُرَّةُ القَمَرِ الطَّـا	لِعِ فِيهِ وَلَمْ يَشِنْهَـا سَوَادُهْ
٣٦	نَثَرَ الفِكْرُ كَيْفَ نُهْدِى كَمَا أَهْـــدَتْ الى رَبِّهَا الرَّئِيسِ عِبَادُهْ	
٣٧	والذى عِنْدَنَا مِنَ المَالِ والخَيْـــلِ فَمِنْهُ هِبَـاتُهُ وَقِيَـادُهْ	
٣٨	فَبَعَثْنَـا بِـأَرْبَعِينَ مِهَـارٍ	كُلُّ مُهْرٍ مَيْدَانُهُ إِنْشَادُهْ
٣٩	عَدَدًا عِشْتَهُ يَرَى الجِسْمُ فِيهِ	أَرَبًـا لَا يَرَاهُ فِيمَـا يُزَادُهْ
٤٠	فَٱرْتَبِطْهَا فَإِنَّ قَلْبًـا نَمَـاهَا	مَرْبِطٌ تَسْبِقُ الجِيَادَ جِيَادُهْ

١١ قَلَّدَتْنِى يَمِينُهُ بِحُسَامٍ   أَعْقَبَتْ مِنْهُ وَاحِدًا أَجْدَادُهْ

١٢ كُلَّمَا ٱسْتُلَّ ضَاحَكَتْهُ إِيَاةٌ   تَزْعُمُ الشَّمْسُ أَنَّهَا أَرْآدُهْ

١٣ مَثَّلُوهُ فِي جَفْنِهِ خَشْيَةَ الفَقْـــــدِ فَفِي مِثْلِ أَثْرِهِ أَغْمَادُهْ

١٤ مُنْعَلٌ لا مِنَ الحَفَا ذَهَبًا يَحْـــــمِلُ بَحْرًا فِرِنْدُهُ أَزْبَادُهْ

١٥ يَقْسِمُ الفَارِسَ المُدَجَّجَ لا يَسْـــــلَمُ مِنْ شَفْرَتَيْهِ إِلَّا بِدَادُهْ

١٦ جَمَعَ الدَّهْرُ حَدَّهُ وَيَدَيْهِ   وثناءى فاستجْمَعَتْ آجَادُهْ

١٧ وَتَقَلَّدْتُ شَامَةً فى نَدَاهُ   جِلْدُهَا مُنْفِسَاتُهُ وَعَتَادُهْ

١٨ فَرَسَتْنَا سَوَابِقٌ كُنَّ فِيهِ   فَارَقَتْ لِبْدَهُ وَفِيهَا طِرَادُهْ

١٩ وَرَجَتْ رَاحَةٌ بِنَا لَا تَرَاهَا   وَبِلَادٌ تَسِيرُ فِيهَا بِلَادُهْ

٢٠ هَلْ لِعُذْرِى الى الهُمَامِ ابى الفَضْـــــلِ قَبُولٌ سَوَادُ عَيْنِي مِدَادُهْ

٢١ أَنَا مِنْ شِدَّةِ الحَيَاء عَلِيلٌ   مَكْرُمَاتُ المُعِلِّهِ عُوَّادُهْ

٢٢ مَا كَفَانِى تَقْصِيرُ مَا قُلْتُ فِيهِ   عَنْ عُلَاهُ حَتَّى ثَنَاهُ انْتِقَادُهْ

٢٣ إِنَّنِى أَصْيَدُ البُزَاةِ وَلَكِنْـــــنَ أَجَلَّ النُّجُومِ لَا أَصْطَادُهْ

٢٤ رُبَّمَا لَا يُعَبِّرُ اللَّفْظُ عَنْهُ   والذى يُضْمِرُ الفُؤَادُ اعْتِقَادُهْ

٢٥ مَا تَعَوَّدْتُ أَنْ أَرَى كَأَبِى الفَضْـــــلِ وَهَذَا الذى أَتَاهُ اعْتِيَادُهْ

٢٦ إِنَّ فى المَوْجِ لِلْغَرِيقِ لَعُذْرًا   وَاضِحًا أَنْ يَفُوتَهُ تَعْدَادُهْ

قال المتنبى

يمدح ابا الفضل بن الحسين بن العميد
ويهنيه بنيروز الفرس

١ جَاء نَوْرُوزُنَا وَأَنْتَ مُرَادُهْ — وَوَرَتْ بِالَّذِى أَرَادَ زِنَادُهْ

٢ هَذِهِ ٱلنَّظْرَةُ الّتِى نَالَهَا مِنْـــكَ الى مِثْلِهَا من الحَوْلِ زَادُهْ

٣ يَنْثَنِى عَنْكَ آخِرَ اليَوْمِ منه — نَاظِرٌ أَنْتَ طَرْفُهُ وَرُقَادُهْ

٤ نَحْنُ فى أَرْضِ فَارِسٍ فى سُرُورٍ — ذَا الصَّبَاحُ الذى تَرَى مِيلَادُهْ

٥ عَظَّمَتْهُ مَمَالِكُ ٱلفُرْسِ حَتَّى — كُلُّ أَيَّامِ عَامِهِ حُسَّادُهْ

٦ مَا لَبِسْنَا فِيهِ الأَكَالِيلَ حَتَّى — لَبِسَتْهَا تِلَاعُهُ وَوِهَادُهْ

٧ عِنْدَ مَنْ لَا يُقَاسُ كِسْرَى أَبُو سَا — سَانَ مُلْكًا بِهِ وَلَا أَوْلَادُهْ

٨ عَرَبِيٌّ لِسَانُهُ فَلْسَفِيٌّ — رَأْيُهُ فَارِسِيَّةٌ أَعْيَادُهْ

٩ كُلَّمَا قَالَ نَائِلٌ أَنَا مِنْهُ — سَرَفٌ قَالَ آخَرٌ ذَا اقْتِصَادُهْ

١٠ كَيْفَ يَرْتَدُّ مَنْكِبِى عَنْ سَمَآ — وَالنِّجَادُ الذى عليه نِجَادُهْ

٥٦ لَا يَفْرَحُونَ إِذَا نَالَتْ رِمَاحُهُمُ   قَوْمًا وَلَيْسُوا مَجَازِيعًا إِذَا نِيلُوا

يقول انهم اذا ظفروا بعدوهم لا يظهر عليهم الفرح واذا ظفر عليهم العدو لا يحصل لهم الجزع وهو يصفهم بالشجاعة وكبر سنهم وهمتهم وشدة الصبر وقلة المبالاة بالخطوب والمجازيع جمع مجزاع وهو كثير الجزع ٭

٥٧ يَمْشُونَ مَشْيَ ٱلْجِمَالِ ٱلزُّهْرِ يَعْصِمُهُمْ   ضَرْبٌ إِذَا عَرَّدَ ٱلسُّودُ ٱلتَّنَابِيلُ

يصفهم بامتداد القامة وعظم الخلق وبياض البشرة والرفق بالمشى وذلك دليل الوقار والسرور وقوله الزهر جمع ازهر وهو الابيض يعنى انهم سادات لا عبيد وعرب لا اعراب وقوله يعصمهم اى يمنعهم قال الله تعالى ساوى الى جبل يعصمنى من الماء اى يمنعنى قوله عرد اى فرد واعرض وهو مهمل الاحرف وقوله السود جمع اسود والتنابيل القصار ٭

٥٨ لَا يَقْطَعُ ٱلطَّعْنُ إِلَّا فِي نُحُورِهِمِ   وَمَا لَهُمْ عَنْ حِيَاضِ ٱلْمَوْتِ تَهْلِيلُ

وصفهم بانهم لا ينهزمون فيقطع الطعن فى ظهورهم بل يقدمون على اعدايهم فلا يقطع الطعن الا فى نحورهم وقوله وما لهم عن حياض الموت تهليل يقال هلل عن الشى اذا تاخر غيرهم عنه ويروى انه لما انشد هذا البيت نظر رسول الله الى من كان بحضرته من قريش كان يومى اليهم ان اسمعوا وهذا ما يسر الله من شرح القصيدة والحمد لله رب العالمين ٭

---

٥٣ زَالُوا فَمَا زَالَ أَنْكَاسٌ وَلَا كُشُفٌ عِنْدَ ٱللِّقَآءِ وَلَا مِيلٌ مَعَازِيلُ

قوله زالوا اى ذهبوا وانتقلوا وقوله انكاس وهو جمع نكس بكسر النون وهو الرجل الضعيف المهين وقوله كشف وهو مضموم وقوله ميل هو جمع اميل وله معنيان احدهما الذى لا سيف معه والثانى الذى لا يحسن الركوب ولا يثبت على السرج وقوله معازيل هو بالعين المهملة وهو جمع معزال وهو الذى لا سلاح معه ومعنى البيت يزالوا من بطن مكة وليس فيهم من هذه الصفة بل هم اقربا اصحاب سلاح وبيان عند اللقا ✿

٥٤ شُمُّ ٱلْعَرَانِينِ أَبْطَالٌ لَبُوسُهُمْ مِنْ نَسْجِ دَاوُدَ فِي ٱلْهَيْجَا سَرَاوِيلُ

قوله شم العرانين وهو جمع اشم الذى قصبته علية مع استوا اعلاها والمصدر الشمم واصله الارتفاع مطلقا وقوله العرانين وهو جمع عرنين وهو الانف وقوله لبوسهم هو ما يلبس من السلاح وقوله من نسج داود المراد المنسوج (يعنى دروع اصحاب) نبى الله عليه السلام وعلى ساير الانبياء السلام والصلاة وقوله فى الهيجا اى فى الحرب سراويل يعنى الدروع كقوله تعالى سراويل تقيكم باسكم ✿

٥٥ بِيضٌ سَوَابِغُ قَدْ شُكَّتْ لَهَا حَلَقٌ كَأَنَّهَا حَلَقُ ٱلْقَفْعَآءِ مَجْدُولُ

قوله بيض سوابغ هما صفتان للسرابيل ومعنى مجلوة ومعنى طوال تامة وقوله قد شكت اصل الشك ادخال الشى فى الشى كقوله

شككت بالرمح الطويل ثيابه

والمراد هنا ادخال بعض الحلق فى بعض وانما يكون فى المضاعفة ويروى بالسين المهملة اى ضيقت يعنى ان حلق الدرع قد ضيق بينهما وقوله القفعاء هو بقاف وفا بعدها عين مهملة وهو شجر ينبسط على وجه الارض تشبه حلق الدروع وقوله مجدول وهو محكم الصنعة ✿

٥٠ وَلَا يَزَالُ بِوَادِيهِ أَخُو ثِقَةٍ مُطَرَّحُ ٱلْبَزِّ وَٱلدِّرْسَانِ مَأْكُولُ

قوله لا يزال بواديه اى بوادى الاسد المذكور فى قوله اخو ثقة وقوله البز بفتح الباء والزاء المشددة وهو مشترك بين امتعة البزاز وبين السلاح وهو المقصود هنا وقوله الدرسان هو بكسر الاول واحرفها مهملة فهو اخلاق الثياب وهى جمع درس ايضا وهو الدريس اى الثوب الخلق الذى قد درس وقوله ماكول هو وصف ايضا لاخى ثقة ✩

٥١ إِنَّ ٱلرَّسُولَ لَسَيْفٌ يُسْتَضَآءُ بِهِ مُهَنَّدٌ مِنْ سُيُوفِ ٱللّٰهِ مَسْلُولُ

قال ابن المى الرسول الذى يبلغ اخبار من بعثه واراد به كعب نبينا محمد صلعم وقوله لسيف يستضاء به اى يهديه الى الحق ويروى لنور يستضاء به وهو حسن وقوله مهند يقال سيف مهند وهندوانى منسوب الى الهند وسيوف الهند افضل السيوف ويروى ان كعب رضى الله عنه اشده من سيوف الهند وقال النبى صلعم من سيوف الله مسلول ✩

٥٢ فِي فِتْيَةٍ مِنْ قُرَيْشٍ قَالَ قَايِلُهُمْ بِبَطْنِ مَكَّةَ لَمَّا أَسْلَمُوا زُولُوا

قوله (فى) فتية والفتية جمع فتى وهو السخى الكريم ويروى فى عصبة وهى الجماعة من الناس ما بين العشرة والاربعين وقوله من قريش ان قريشا هم ولد النضر ابن كنانة فكل من ولده النضر هو القريش قال رسول الله ان الله اصطفى كنانة من ولد اسمعيل واصطفى من ولد كنانة قريشا واصطفى من قريش بنى هاشم وسموا قريشا من القرش والتقرش وهو الكسب والجمع يقال فلان يقرش لعياله ويقترش اى يكتسب وقد كانت قريش تجارا حصارا على جمع المال والاتصال وقوله قايلهم يعنى عمر بن الخطاب قال زولوا اى انتقلوا من مكة الى المدينة يعنى بذلك الهجرة على صاحبها افضل الصلاة واتم السلام ✩

٤٧ يَغْدُو فَيَلْحَمُ ضِرْغَمَيْنِ عَيْشُهُمَا   لَحْمٌ مِنَ ٱلْقَوْمِ مَعْفُورٌ خَرَاذِيلُ

معنى البيت انه يصف المذكور بالضرورة يقول انه يذهب اول النهار فيطلب صيدا لولديه فيطعمهما لحما من صفة كذا وكذا قوله يلحم اى يطعم لحما حكى الاصمعى لحماعة لحمته اى اطعمته وقوله ضرغمين اى اسدين وقوله عيشهما اى قوتهما لحم من القوم اى من لحم بنى ادم وقوله معفور اى ملقى العفر بفتحين وهو التراب وقوله خراذيل اى قطع صغار يقال خرذلت اللحم بالذال المعجمة اذا قطعته (قطعا) صغارا ✿

٤٨ إِذَا يُسَاوِرُ قِرْنًا لَا يَحِلُّ لَهُ   أَنْ يَتْرُكَ ٱلْقِرْنَ إِلَّا وَهْوَ مَفْلُولُ

قوله اذا يساور الضمير راجع الى الاسد المذكور فى البيت قبله والمساورة المواثبة والسوار بتشديد الواو الوثاب وقوله قرنا هو بكسر القاف ومعناه المقاوم لك فى شجاعة او علم او غير ذلك وقوله لا يحل له اى لا يتاتى له ذلك حتى كانه عليه محرم وقوله مفلول الفلول المكسور المهزوم واصل الفل الكسر لحمى وقال بعضهم

ولا عيب فيهم غير ان سيوفهم   بهن فلول من قراع الكتايب

ويروى مجدول بدل مفلول والمجدول الملقا الله سبحانه وتعالى فى جدالة وهى الارض منه ✿

٤٩ مِنْهُ تَظَلُّ سِبَاعُ ٱلْجَوِّ ضَامِرَةً   وَلَا تُمَشِّى بِوَادِيهِ ٱلْأَرَاجِيلُ

معنى هذا البيت انه يصف هذا الاسد بان الاسود والرجال تخافه فالاسود ساكنة من هيبته والرجال تمنع من المشى بواديه وقوله تظل اى تدوم وقوله لجو يعنى البر الواسع وليس هذا كما فسر بعضهم بانه ما بين السماء والارض وقوله ضامرة هو ساكنة وكل ساكت ضامر وقوله تمشى هو بضم التاء وفتح الميم والاراجيل جمع رجل ✿

معنى هذه البيتين يعنى انى اقوم مقاما هايلا ارى واسمع ما لو راه الفيل او سمعه لظل اى لدام يرعد من الفزع الا ان يكون له من الرسول باذن الله تنويل وهو العطية والمراد به هنا الامان وذكر الفيل فيهما لانه اراد التهويل والتعظيم والفيل اعظم الدواب شانا ✿

٤٣ مَا زِلْتُ أَقْتَطِعُ ٱلْبَيْدَآءَ مُدَّرِعًا   جُنْحَ ٱلظَّلَامِ وَثَوْبُ ٱللَّيْلِ مَسْبُولُ

٤٤ حَتَّى وَضَعْتُ يَمِينِي لَا أُنَازِعُهُ   مِنْ كَفِّ ذِي نَعِمَاتٍ قِيلُهُ قِيلُ

يعنى لقد قمت فوضعت يمينى فى يمينه وضع طاعة ومعنى قوله لا انازعه اى اجاذبه والمنازعة المجاذبة وقوله نعمات هو بفتح النون وكسر العين جمع نعمة هو نحو كلمة وقوله قيله قيل يعنى ان قوله قول المعتمد به لكونه نافذا ماضيا اى كلما قال شيا فعله ✿

٤٥ لَذَاكَ أَهْيَبُ عِنْدِي إِذْ أُكَلِّمُهُ   وَقِيلَ إِنَّكَ مَنْسُوبٌ وَمَسْؤُولُ

قوله لذاك اسم اشارة الى رسول الله ومعنى قوله منسوب ومسول اى مسول عن نسبك اى لما مثلت بين يديه وكنت قد قيل الى فى ذلك انه باحث منك ومسايلك كما نقل عنك حصل لى من الرعب والخوف ما حصل وفيه تضمين اذا لم يتم المعنى الا بالبيت الذى بعده ✿

٤٦ مِنْ خَادِرٍ مِنْ لُيُوثٍ فِي مَسَاكِنِهِ   بِبَطْنِ عَثَّرَ غِيلٌ دُونَهُ غِيلُ

قوله من خادر اى من ليث خادر يعنى ان رسول الله اهيب عند كعب من ليث خادر والخادر بالخاء المعجمة والدال المهملة معناه الداخل فى الخدر وهو الاجمة وقوله عثر هو بالعين المهملة وتشديد الثاء المثلثة اسم مكان وقوله غيل بكسر المعجمة الشجر الملتف ثم انه نقل لموضع الاسد وقوله دونه غيل يعنى انه فى اجمة داخل فى اجمة وذلك اشد لتوحشة ✿

Die sequenti Bekritae et Thaglebitae, eo petente ab iis, ut persequerentur Asaditas, nolebant id facere, eum jam satis patrem ultum esse dicentes; neque ejus precibus adigi poterant, ad sententiam mutandam. Thaglebitis igitur et Bekritis eum deserentibus, coactus est in fugam se convertere et statim profectus est in Iemamam. Ibi auxilium expetebat a pluribus; sed cum alii renuerent, alii diutius cunctarentur, tandem cum turba e tribubus Iemanicis collecta profectus est contra Asaditas eosque proelio adortus fudit. Hac re audita, Mondarus se convertit ad quaerendum Amrulkeisum. Amrulkeis tunc temporis versabatur apud Hamirum, qui metu Mondari se ab eo separavit. Convertit se igitur ad Harethum ben Hescham. Secum ducebat vero quinque loricas amplas, pretiosas, quas possidebant filii Akelolmorar et quae haereditate rex acceperat a rege. Permanebat igitur apud Harethum, cum aliis quibusdam e posteris Akelolmorar, usque dum mitteret Mondarus centum viros, qui Haretho bellum minitarent, nisi traditurus esset posteros Akelolmorar, quod ille etiam fecit. Amrulkeis vero efugit et cum eo Jasid ben Moawija ben Alhareth ben Kotaiba et Hend filia Amrulkeisi. Ducebat etiam secum loricas et arma et caeteras opes suas pervenitque ad Soadum ben Aldobab. Hujus Soadi mater compressa erat ab Amrulkeisi patre Hodschro. Deinde vero eam gravidam, hujus rei nescius, in uxorem duxerat Dobab illaque pepererat Soadum. Post aliquod tempus ab eo discessit transiitque ad virum quemdam in ditione Thajitarum, cui nomen erat Almoglah ben Teimed. Cum apud hunc virum commoraretur et camelos sibi comparasset, viri quidam e Dscheidilitis hos ei camelos abstulerunt. Erant ei vero jumenta frenata et strata in vicinia tentoriorum, ut, si aliquid inopinati accideret, semper esset ad fugam paratus. His jumentis

conscensis, viri quidam fures illos persecuti sunt; sed nihil receperunt. Ab illo se convertit ad Amirum ben Dschuwein. Sed cum suspiceret hunc virum esse perfidum et malas sibi parare insidias, profectus est ad virum e Thaglebitis, cui nomen erat Hareth ben Morrah, ejusque, auxilium imploravit. Ab hoc profectus est ad virum quemdam e Fesaritis, cui nomen erat Amru ben Dschabir ben Masia. Qui quidem cum ipse impar esset ad eum tuendum, consilium ei dedit, ut se conferret ad virum qnemdam generosissimum, Samuelem, Adiae filium, Iudaeum, quod cum Amrulkeis ratum haberet, Fesarita eum comitatus est. Perrexit igitur ad arcem munitam Samuelis, qui eum honorificentissime excepit domiciliumque praebuit. Deinde petiit a Samuele, ut daret sibi litteras ad Harethum ebn Abi Schamri Gasanitam, cuius commendatione uti volebat apud Caesarem Graecorum eumque rogavit, ut secum mitteret virum egregiae fiduciae, cui traditurus sit mulierem, loricas et opes. Deinde profectus est ad Caesarem, qui eum benevole excepit eique habitationem dedit. Cum vero imperator Graecorum collegisset exercitum satis numerosum, in regnum eum restituturus, vir quidam Asadita, cujus fratrem interfecerat Amrulkeis, nomine Themah, qui tunc temporis erat in aula Caesaris, criminationibus suis tantam movit Caesari in Amrulkeisum suspicionem, ut decerneret dolo malo eum interficere. Misit ei igitur vestem venenatam his cum verbis: »Ego tibi mitto vestem meam, qua fui indutus, te honoraturus; quam cum acceperis indue.« Quod cum ille fecisset, mox, veneno in corpus penetrante, tormentis vehementibus affectus exspiravit. Propter hoc mortis genus cognomen ei datum ذو القروح, jam supra commemoratum. Mortuus est in ditione Graecorum, in urbe cui nomen Ancyrae, et sepultus in monte huic urbi vicino, in vicinia sepulchri reginae cujusdam.

Hac morte occidisse Amrulkeisum plurimi constanter tradunt. Sed Abulfeda in appendice ad Pocock. spec. hist. Arab. p. 446. dicit, ex versione cl. De Sacy: »Dicitur etiam Amrulkeisum a rege Graecorum veste venenata esse sublatum, sed equidem puto fabulam hoc esse.« Sed cum res jam per se satis sit verisimilis ego non subscribo Abulfedae judicio, quod etiam rejicit cl. de Sacy l. c. p. 410.

Reiskius in prologo ad Thar. p. XXIII, disserens de tempore quo conscripta sit Amrulkeisi Moallakah haec habet: »Sublatus est veneno Amrulkeis ab Heraclio, quod ejus gynaeceum corrumpere tentarit. Requiritur sane ut amatorem concipiamus non frigidum, non canum, non edentulum, licet bene norim illum juvenem non obiisse.« Ex quo fonte haec hauserit Reiskius, nescio. Omnes quidem, quos ego inspexi, auctores de hac re tacent.

Jam dicendum aliquid de tempore quo vixerit Amrulkeis, et quo composuerit

carmen nostrum. Et quidem omnes consentiunt Amrulkeisum fuisse Muhammedis aequalem et hoc potest certis testimoniis comprobari. Primum utamur loco ex Kitab al aghani in vita Lebidi p. 121 ed. De Sacy. Ibi loquitur Lebid de Amrulkeiso tanquam mortuo. Lebid vero, ut probavit Reiskius in prolegg. ad Thar. p. XXX. vixit annos 157, usque ad Hedschrae a. 41. cf. De Sacy in »memoires etc. t. I. p. 403 sqq.« Habemus igitur extremum terminum vitae Amrulkeisi. Sed etiam adsunt alia testimonia. Harethus, avus Amrulkeisi erat aequalis Kobado, Persarum regi. Kobadus vero, si sequaris Richterum, in libro: «Versuch über die Arsaciden und Sassaniden« Lipsiae 1804. regnavit annos quadraginta, ab anno post Chr. n. 491–531, qui annus est annus 91 ante Hedschram. cf. Ideleri commentationem »Ueber die Vergleichung der Muhammedanischen und Christlichen Zeitrechnung« insertam fasciculo 5 vol. IV. libri qui inscriptus est. »Die Fundgruben des Orients» p. 299 sqq.

Harethus vero, mortuo Kobado, adhuc superstes erat et pulsus est ab ejus filio Cosroe Anuschirwan, qui regnavit annos quadraginta octo ab a 53–579, qui annus est annus ante Hedschram 43. Muhammedes vero natus est anno p. Chr. n. 571, ante Hedschram 51. cf. De Sacy in memoires etc. t. XLVIII. p. 599. Statuendum igitur Amrulkeisum natum esse fere eodem tempore, quo natus est Muhammedes, seu non multo post. Nam avus Amrulkeisi vivebat quidem adhuc, cum Anuschirwan ad regnum perveniret; sed jam erat senex et videtur non multo post obiisse. Hodschr vero, Amrulkeisi pater, occissus est priusquam ad senectutem perveniret. Verosimile vero mihi videtur, Amrulkeisum eodem fere tempore obiisse, quo obiit Muhammedes. Muhammedes enim obiit anno p. Ch. n. 531, Hedschrae 9, annos natus sexaginta. Etiam Amrulkeisus exstinctus esse videtur non juvenis, ut elucet ex ejus historia. Neque vero senex exstinctus esse videtur. Nam erat adhuc paratus et expeditus ad bellum et quietis impatiens.

Eodem fere modo de Amrulkeisi aetate jam statuit Reiskius in prol. ad Thar. q. XXV, sed nullo addito argumento satis probabili. De ordine chronologico vero, in quem disponendi sint Moallakarum auctores, sic judicat p. XIX. »Deberent itaque, si in ordinem chronologicum essent disponendi, sic instrui, ut Tharapha gregem duceret, tum par sequeretur Amru et Haretz; post alterum Ζύγὸν succederet Antara et Zoheir: Κέλης veniret tandem Amrulkeis: οὐράγος denique Labid agmen clauderet cf. fragmentum e libro inscripto: »humaniorum litterarum gemmae et poetarum thesaurus« apud Casir. Biblioth. Escur. t. I. p. 91.

Tempus quo carmen nostrum composuerit poeta, ex ejus historia eliciendum et mihi sane vero simillimum videtur eum hoc carmen composuisse, cum patre adhuc superstite, voluptatibus et amoribus se daret, rerum seriarum parum curiosus.

Optime enim cum iis, quae in vita Amrulkeisi narrantur, conveniunt in carmine nostro v 8 sqq. ubi describit poeta suos amores totumque carmen spirat juvenilem quemdam ardorem, quem postea Amrulkeis, durissimis vexatus casibus, vix videtur potuisse servare.

Antequam disseram de Moallakah Amrulkeisi, quaedam dicenda de Amrulkeisi carminibus in universum et afferenda sunt Arabum de iis judicia. Ji enim sane falsam mihi sequi videntur rationem, qui, si judicia ferunt de aliorum populorum poetis, ingenio et moribus omnino a nobis diversorum, omnia ad nostram normam exigunt nihilque pulchrum perfectumque putant, nisi quod cum nostra cogitandi et sentiendi ratione convenit. Praeter carmen nostrum plurima carmina composuit Amrulkeis. Horum carminum collectio exstat in cod. Leydensi. n. 1665 (1901.) cf. Reisk. prolog. ad Thar. p. XXVI, additamenta ad bibl. Orient. Herbelotii t. IV. p. 709. De Rossi dizion. p. 59 Ex hoc codice quaedam carmina suavissima exhibuit Reiskius in not. ad Thar. p. 59. 65. 67. 72. 77. 84. 89. 105. 110. quosdam Amrulkeisi versus protulit Willmet. ad Ant. p. 139. 141. 142. Schultens. ad Hamas. p. 569. Reiskius dicit: »Multa non tenet illa editio (cod. Leydensis) quae apud alios legi citata. Forte plenior est codex, qui fuit olim Erpenii, nunc est bibliothecae Cantabrigiensis.» Plurima Amrulkeisi carmina leguntur in libro Abulfaradschii, Kitab al aghani dicto, de quo supra diximus. Quaedam longiora Amrulkeisi carmina sunt apud Abulfedam, in calc. ed. nov. spec. hist. Arab. Poc. p. 445. sqq.

Afferam nunc quaedam Arabum de Amrulkeiso judicia et primo loco ponam judicium Lebidi, poetae celeberrimi, quod legitur in vita Lebidi, ab Abulfaradschio conscripta p. 121 edit. De Sacy, cujus verbis utar. «Lébid passoit un jour dans la ville de Koufa, près d'un lieu où étoient rassemblés les Bénou Nahas. Il portoit un bâton, sur lequel il s'appuyoit. Ils envoyérent quelqu'un lui demander quel étoit le plus excellent des poëtes Arabes. Lébid répondit, que c'étoit le roi errant couvert d'ulcères. Ils lui firent demander de nouveau, de qui il entendoit parler; a quoi il répondit, qu'il vouloit dire Amrialkaïs. Prié par un nouveau message de dire, quel étoit le meilleur poëte après Amrialkaïs, il répondit, que c'étoit le jeune homme de la famille de Bekr, qui avoit été tué. Il fallut encore, qu'il leur expliquât, qu'il entendoit parler de Tharafa. Enfin interrogé à quel poëte il donnoit le troisième rang, c'est répondit il, à l'homme, qui porte un baton.« Egregium sane testimonium! Lebid se ipsum inferiorem pronunciat Amrulkeiso, quem prius, cum frequenti ille satira Muhammedem impeteret, calamo

et lingua impugnaverat. Apponam nunc verba e libro inscripto » human. litter. gemm. etc. Auctore Abubekr ben Abdelmalek Almocri ex versione quam exhibet Casir. bibl. Escur. t. I. p. 91. Enarrato progressu artis poeticae apud Arabes et enumeratis poetis eorum praestantissimis ita pergit:« »Horum praestantissimus judice Ferzadako est Amrulkeis. Alii Zohairum dicunt, alii Nabegam, alii Amruum ben Kelthum. Academia Basrensis principium tribuit Amrulkeiso, Kuphensis Agschaeo, populus Hedschasi Zohairo et Nabegae. Amrulkeis ceteros poetica laude praestat si equum adscendit, Zohairus si carmina amatoria fundit, Alnabega si moralia, Alagschaeus si laeta, Antara si acria et satirica, Dschariri, si vehementes iras exercet.« Ultimo loco apponam judicium, non diu post ejus mortem ab Arabibus latum, ut refert Mobarred in Kamel. p. 57, quod exhibuit Reisk. in prol. ad Thar. p. XXIV: «Omar aliquando rogabat, quis Arabum esset liberalissimus. Respondetur Hatem. Porro quis Ποιητικώτατος. Respondetur Amrulkeis. Tandem quis gladias eorum penetrantissimus. Respond. Samsamah.«

Sed jam ad carmen nostrum transeamus. Quamvis differat ordo, quo septem Moallakat in diversis codicibus collocantur et quamvis, ex Reiskii sententia, Amrulkeis aetate minor sit omnibus Moallakarum auctoribus, excepto Lebido, tamen in omnibus libris mssc. Amrulkeis gregem ducit, cujus rei causa fortasse haec est, quod hujus collectonis auctores poetae nostro, tanquam omnium praestantissimo, primum locum dare volebant. cf. de ordine, quo septem haec carmina in codd. collocantur, Menil. in prolegg. ad Antar p. 20 sqq. Reisk. prolog. ad Thar. p. XXIII. Pocock. spec. hist. Arab. p. 365. De Sacy in« notices et extraits etc. t. IV p. 309—317.

Est hoc carmen ex eo genere, quod Arabes vocant Kazida. Hoc poematum genus praecipûe Arabibus excultum est. Primus eo usus est Mohalhel. cf. Pocock spec. hist. Arab. p. 161. Praeter septem Moallakarum auctores vero, feliciter in eo versati sunt Tograi, Caab ben Zoheir, Abilola, aliique multi. Intra nullius argumenti fines hoc genus restrictum est, sed vel praecepta, vel querimoniam, vel laudationem, vel delicias ac lusus, vel vituperationem potest complecti. Hujus generis poemata debent esse modicae magnitudinis. Raro supra centum versus progrediuntur et consistunt infra viginti. Quod ad formam attinet, versus constat duobus hemistichiis et est potius pro disticho habendus, quam pro versu simplici. Haec disticha omnino paria sunt, nisi quod posterius rhythmum finalem habere debeat, qui semper idem manet inde a carminis initio usque ad finem. In primo tantum versu prius hemistichium saepissime terminatur eodem rhythmi exitu, qui obtinet per totum carmen. cf. de hoc versuum genere Iones. poes. Asiat. commentarii opp. t. VI p.

60 sqq. De Sacy in »notices et extraits etc. t. IV p. 515. idem in« memoires etc. t. L p. 351. Menil. prolegg. ad Antaram p. 21. In nostro carmine rhythmus ille finalis, qui a Grammaticis vocatur قافية est Lam cum Kesra.

Metrum carminis est vulgatissimum et idem, quod est in Moallakah Tharaphae et Zohairi. Est ex genere, quod vocatur الطويل sive longum. De quo cf. Ionesium in poes. Asiat. comm. p. 27. sqq. Constat hoc metri genus ex bacchio et primo epitrito quater repetito, sed in quarta et octava sede recipere potest dijambum ut:

⏑ — — | ⏑ — — — | ⏑ — — | ⏑ — ⏑ —
⏑ — — | ⏑ — — — | ⏑ — — | ⏑ — ⏑ ⏓

Interdum vero in locis imparibus admittit pro bachio amphibrachyn, in quarto dijambum, ut:

⏑ — ⏑ | ⏑ — — — | ⏑ — ⏑ | ⏑ — ⏑ — |
⏑ — ⏑ | ⏑ — — — | ⏑ — ⏑ | ⏑ — ⏑ ⏓ |

Doleo quod nancisci non potuerim Jo. Clerici prosodiam Arabicam, qui accuratius rem tractat, quam Jonesius.

Carminis argumentum, quod nunc exponam, jam prius exhibuerunt Ionesius in edd. Moallakarum opp. t. X et in comment. poes. Asiat. opp. t. VI. p. 66. sqq. Reisk. in prolog. ad Thar. p. XXIV. De Sacy, in »memoires etc. t. L p. 410.

Duobus amicis comitatus poeta consistit in loco nunc deserto, ubi quondam habitaverat amata, ejusque deflet memoriam. Sociis eum adhortantibus, ne conficiatur tristitia nimia, sed strenuum se praebeat, respondet nullum sibi relictum doloris remedium praeter lacrymas, quamvis bene sciat, lacrymis nihil profici. Deinde dicit, non prima vice se confici dolore ob amicae discessum, commemoratque amores suos priores. Pristini temporis recordatione abreptus, jam laetius exspatiatur, pingit dies suavissimos, quos cum puellis formosissimis transegit, describit amoris delicias, quas ab illis percepit et colloquia amatoria cum illis habita. Deinde gloriatur amore virginis cujusdam nobilissimae et pulcherrimae, quam noctu visitaverit cum summo vitae periculo. Dicit hanc puellam, postquam induisset vestem dormitoriam, ut nullam suspicionem moveret propinquis, anxie eam custodientibus, secum abiisse in locum a tentoriis remotum et amori sacrum, ubi gustaverit amoris fructum. Deinde versatur in describenda puellae ilius pulchritudine, quam vividissimis pingit coloribus et in hac descriptione pulcherrimis utitur comparationibus. Gloriatur constantia sua in hujus puellae amore, qui nihil curaverit amici severi monita.

Hucusque omnia de amore. Jam vero subito transit ad alia. Gloriatur nimirum, quod intrepide et strenue pertulerit terrores noctis funestissimae, qui nulli non animum permoverint. Se ipsum laudat, quod saepissime officia sua praestiterit populo et quod trajecerit deserta tristia feris plena, in quibus famem maximam perpessus sit. Deinde transit ad equum suum praestantissimum laudandum describitque venationem et epulas post eam paratas. Tandem claudit carmen pulcherrima imbris descriptione.

Restat, ut aliquid dicam de carminis dictione et indole. Primum exhibebo verba Reiskii in prolog. ad Thar. p. XXIV, viri cujus auctoritas in his litteris sane plurimum valet: «Prima vulgari ordine Moallakah est Amrulkeisi Kenditae, meram spirans Venerem et juvenilis petulantiae gloriam. Ante hos quinque annos, cum ex cod. cl. Seewisch Dresdae mihi descripsissem, licet vix unam et alteram hinc illinc laciniam intelligerem, ea tamen, quae intelligebam, adeo me capiebant, ut magnifice de Arabum poesi sentire inciperem et totum unice cuperem intelligere. In universo vetustae poeseos Arabicae apparatu, qui in manus mihi venit et oculos, nullum nunc occurrit carmen, quod illibato selectae dictionis cultu, verborum suavi ac limpido, fontis instar, decursu, affectuum mollitie, comparationum argutiis, venustate et vivo colore, Amralkeisianum hoc superet. Mihi certe in ceatero grege tam superbire videtur et radiare, quam si fastuosus pavo explicita cauda opposito soli *πυρσοφλεγῆ λειμῶνα πτερῶν ἐπιδείκνυται.*» Haec Reiskii verba mea facio, quaedam additurus. Mihi, ad bene judicandum de hoc carmine, maxime consideranda videtur narratio Abulfaradschii de vita Amrulkeisi ante patris mortem, quam supra exhibui. Nam hoc carmen lucem accipit ex ejus vita et invicem ejus vita illustrat hoc carmen. Vitam tunc temporis agebat laetam, voluptatibus et amoribus plenam — etiam carmen nostrum plenum est laetis imaginibus et magna ejus pars versatur in amoribus describendis. Poeta nullum certum domicilium habebat, sed ex uno loco in alium proficiscebatur — in nostro carmine gloriatur, quod saepe iter fecerit per deserta, laudatque equi sui praestantiam. Narratur apud Abulfaradschium poetam fuisse venationis amantissimum et a venatione reducem, epulas largissimas parasse sociis — in nostro carmine est pulcherrima venationis descriptio neque desunt epulae, e ferarum praeda paratae. Ut breviter dicam, singula fere singulis respondent.

Jonesius hoc carmen comparat cum carmine Salomonis et inest huic comparationi aliquid veri. Eadem in illo suavitas, eadem mollities, eadem venustas. Dicit porro Jones. in poes Asiat. comm. p. 276 valde congruos esse cum Amrulkeisi Moallakah versus quos-

dam amatorios, qui feruntur Odini et continentur in libro Haawamaal, a Resenio edito, Hanniae 1665; quem librum ego nancisci non potui.

Ut conspiciatnr, quale sit discrimen inter poesin Amrulkeisi et ceteras Moallakas apponam breve quidem sed acutum et grave judicium Jonesii. «Amrulkeisi poema molle est, laetum, splendidum, elegans, varium, venustum; Tharaphae audax, incitatum exsultans, quadam tamen hilaritate perspersum; Zohairi acutum, severum, castum, praeceptis moralibus ac sententiis plenum gravissimis; Lebidi leve, amatorium, nitidum, delicatum; Antarae carmen elatum est, minax, vibrans, magnificum, cum quadam etiam descriptionum atque imaginum pulchritudine; Amrui, vehemens excelsum et gloriosum; Harethi denique plenissimum sapientiae, acuminis, dignitatis.»

Sequitur ut dicam de codicibus, commentatoribus et editoribus hujus carminis. In codd. hoc carmen fere semper conjunctum exstat cum reliquis sex Moallakis, in nullo codice vero solum legitur Amrulkeisi carmen. Primum dicendum de codd. Parisiensibus, quos ego in edendo hoc carmine secutus sum. Horum codd. accuratam descriptionem exhibuit cl. De Sacy in »notices et extraits etc. t. IV. p. 309 sqq. Servantur in bibliotheca Paris. tres Moallakarum codd. sub num. 1416. 1417 et 1455. Cod. 1416, foliorum 148 in 4to, scriptus est anno Hedschrae 952, p. Ch. n. 1574, a Rebia ben Soleiman. Titulum habet: »Scharhul Kasaïd alseba etc. h. e. commentarius in septem carmina, quem conscripsit Cadhi et Imam Abdallah Alzouzeni. Scriptura est facilis ad legendum, neque tamen pulchra. Codex est praestantissimus et accuratissime scriptus. Librarius fuisse videtur satis versatus in Arabum litteratura neque multis in locis sphalmata commisit. Praeterea in illo codice carminum sextus fere semper instructus est vocalibus. Praeter Zuzenii commentarium, continet notas grammaticas et historicas margini adscriptas, quae supplemento sunt Zuzenii commentario. Ex hoc codice praestantissimo cl. Moellerus Gothanus, rogatu cl. Freytagii, descripsit carmen nostrum et Zuzenii cemmentarium et in margine adnotavit lectionis varietatem e codicibus mox describendis.

Cod. 1417 in 4to, foliorum 102, scriptus est a librario Abdalbari Albessatini et finitus a Hedschrae 1024, p. Ch. n. 1625. Plenus hic codex vitiis et scatet mendis gravissimis, tum in carmine, tum in scholiis. Scriptor nihil videtur intellexisse de eo, quod scribebat. Saepissime enim lectiones, quas habet, nullum omnino dant sensum. Tamen quasdam bonas lectiones habet, ita, ut ejus comparatione emendari possint errata pauca in cod. 1416.

Ordo, quo collocata sunt septem carmina in his. codd. hic est: Amrulkeis, Tharaphah, Zoheir, Lebid, Amru, Antarah et Hareth. Numerus versuum differt quidem, sed versus, qui instructi sunt notis Zuzenii, in utroque libro leguntur.

Textus Moallakarum in his. codd. valde differt a textu, quem exhibuit Jonesius in Moallakarum editione. Praeter copiosam lectionis varietatem insunt etiam non raro Jonesii editioni versus, qui non leguntur in his. codd. et in his. codd. leguntur versus, qui absunt ab edit. Jonesii.

Mssc. No. 1455 est in 4to, paginarum 80. Non adjunctum habet Zuzenii commentarium. Insunt huic codici. 1. poema Arabicum inscriptum Lamiat Alarab. 2. Carmina quae vocantur Moallakat, et quae in hac collectione novem sunt numero. 3. carmen Arabicum auctore Obeid ben Alabras. Praeter septem carmina, quae plerumque Moallakarum nomine vocantur, in hoc codice sub eodem nomine leguntur duo alia, auctoribus Ascha et Nabega: Alaeddin Ali, hujus collectionis auctor, singularem in hoc operre secutus est rationem. Dicit in praefatione propositum suum hoc esse, ut convertat haec novem carmina in laudem Muhammedis et sociorum, ad impetrandam peccatorum veniam. In hac allegorica interpretatione ita versatus est, ut unicuique versui tria praeposuerit hemistichia, ad detorquendum sensum versuum in eum finem, quem intenderat. Codex ille exaratus est a. Hedschrae 993, p. Ch. n. 1585. Sed librarius, nomine Derwisch ben Ali, annotat, confectum esse hoc apographum ex cod. a. 1655 (p. Ch. n. 1277.) Non spernendae igitur hic liber auctoritatis.

Praeter hos codd. in bibliotheca publica Parisiensi asservatos, comparatus est etiam alius codex recentior, descriptus a Michaele Sabagho, qui nunc est in bibliotheca cl. De Sacy. In margine habet quaedam notas. Codex est bonus et plerumque concordat cum cod. 1416. Insignitus est No. 5.

Inter reliquos Moallakarum codd., quos omnes enumerare non hujus est loci, maxime eminet codex Willmetii, ex quo Menilius dedit Antarae Moallakam et quem uberius describit, prolegg. p. 50. sqq. De cod. Escurialensi, in quo continentur poemata Alkamae, Amrulkeisi, Nabegae, Antarae, Tharaphae et Zohairi cf. Casir. biblioth. Escur. T. I. p. 71. De cod. Golii et de duobus Scheidii codd. cf. Menil. l. c. p. 27. De cod. Gothano cf. Kosegart. ad Amru ben Kelthum p. IV.

Inter commentatores Moallakarum maxime eminet Zuzenius. Plenum ejus nomen est Abu-Abdallah Alhosain ben Ahmed ben Alhosain Alzuzeni. De ejus vita nihil constat. Scholia ejus sunt praestantissima. Non enim ut scholiastarum plurimi, consistit in verborum explicatione satis levi, sed semper redit ad verborum significationem primitivam et inde deducit significationes metaphoricas et secundarias, difficultates grammaticas accuratissime tractat, diversas explicationes proponit, nexum sententiarum optime illustrat et in singulis versibus, post singulorum verborum interpretationem, dat totius versus explicationem. cf. De Sacy in" memoir. et extraits. etc.

t. IV. p. 513. Herbelot. bibl. Orient. t. III. p. 623. Reisk. prolog. ad Thar. p. X. Menil. prolog. ad Antaram p. 30. Cum Zuzenii commentario cl. De Sacy edidit Lebidi Moallakam, Menilius Antaram et cl. Kosegartenius Amruum ben Kelthum.

Inter ceteros commentatores notissimi sunt Tebrizius, Ibn Nahas et Ibn Hescham. De Tebrizio cf. Reiskium p. V. Herbelot. bibl. Orient. III. p. 565. Cum ejus commentario Reisk. edidit Tharapham ejusque commentarium ad Zohairum exhibuit Rosenmüllerus, sed non integrum. De Ibn Hescham. cf. Reisk. p. XI. De Nahaso cf. Reisk. p. IX. Ejus commentarium ad Amrulkeisi carmen dedit Lettius, sed corruptum et mendis depravatum. Quae ex ejus commentario digna putavi commemoratione, excerpsi in annotationibus. Ceterum tres illi commentatores ejusdem fere generis sunt. Versantur maxime in singulis vocibus explicandis, nexum sententiarum et grammaticas difficultates parum curantes.

In enumerandis carminis nostri editionibus et Versionibus, primum dicendum est de editione Lettii, quae ita inscripta est: „Caab ben Zoheir carmen panegyricum in laudem Muhammedis, item Amrulkeisi Moallakah; cum scholiis et versione Levini Warneri. Accedunt sententiae Arabicae imperatoris Ali et nonnulla ex Hamasah et Divan Hudeilitarum; omnia e mssc. biblioth. Batavae edidit, vertit notisque illustr. *Gerard. Ioann. Lette.* Lugdun. Bat. ap. Nicol. Moens. 1748 (1747)“ Statim postquam prodiit haec editio, Reiskius dedit acerrimam ejus censuram in nov. act. eruditor. a. 1747. p. 679—701. Respondit Lettius in praefatione ad observationes in Mosis et Deborae cantica. Postea Reiskius ipse professus est, se iniquiorem fuisse in Lettio reprehendendo. Sed tamen plurima sunt in hac editione, quae merito reprehendantur. In textu vocalibus instruendo Lettius primas grammaticae regulas neglexit, metri omnino nullam rationem habuit, unde factum est, ut plurimos versus male diviserit. Scholia sunt mendis plena, ita ut appareat Lettium ipsum ea non intellexisse. Adnotationes criticas omnino non dedit, cum tamen dicat quatuor sibi codd. ad manum fuisse. In notis quaedam bona affert e scriptoribus Arabicis non impressis. Sed summum ejus studium hoc est, ut linguam Hebraicam ex Arabica illustret, quod ei plerumque satis infeliciter cedit. Notae in Caabum vero, praestantiores sunt notis in Amrulkeisum.

Accuratius versatus est in nostro carmine edendo William Iones, Anglus, vir doctrinae copia insignis, cui debemus omnium horum carminum editionem, quae prodiit Londini in 4to. sub hoc titulo. „The Moallakât, or seven Arabian Poems, which were suspended on the temple at Mecca; with a Translation and Arguments.“ (Inest etiam t. X. ed. nov. opp. Ion. 8to.) Exhibuit Jonesius carminum argumenta versionem et textum sine notis. Textus latinis litteris est expressus, ita ut difficilli-

mum sit elicere, quam lectionem secutus sit auctor. Ceterum ex bono cod. haec editio manavit. Metri semper ratio habita. Versio est elegantissima, sed quae magis sensum quam verba sequatur. cf. De hac editione De Sacy in „notic. et extraits etc. Rosenm. ad Zohair. p. S. Menil. Prolegg. ad Ant. p. 33.

Ex Ionesii versione fluxit versio Germanica ita inscripta: „Die Hellstrahlenden Plejaden am Arabischen Himmel, übersetzt, erläutert und mit einer Einleitung versehen von A. Th. Hartmann". Münster 1802. 8. Destinata est haec versio maxime usui eorum, qui linguae Arabicae peritia destituti, tamen poetarum Arabicorum quandam sibi notitiam comparare volunt.

AMRULKEISI MOALLAKAH.

V. 1. Subsistite, o amici. Ploremus memoria puellae amatae et habitationis, in loco ubi terminatur arena eminens, inter Dachul et Haumal,

V. 2. Et Tudih et Mikrât, cujus rudera non interciderunt, cum ibi contrario flatu spiraverint Auster et Aquilo.

V. 3. Ibi socii mei, admotis ad me jumentis suis, dixerunt: noli confici dolore sed strenuum te praebe.

V. 4. Consolationi mihi sunt lacrymae profusae. Quid est enim apud rudera obliterata, in quo fiducia possit poni?

V. 5. Eodem modo jam affectus fuisti, antequam hanc puellam adamares, propter Ummulhowairith ejusque vicinam Ummulrebab in Masel.

V. 6. Quum surgerent illae, diffundebatur ab illis musci odor, uti Euri aura, quae affert caryophyllorum halitum.

V. 7. Tunc profluebant ex oculis meis lacrymae, propter amoris ardorem, super jugulum, ita ut lacrymae irrorarent baltheo.

V. 8. Multi tibi per illas dies suaves, sed nullus similis illi, quem transegisti in Darat Dschuldschul.

V. 9. Suavis etiam ille dies, quo virginibus mactavi jumentum meum; et o mirum: quod portaverint illae ejus sellam.

V. 10. Virgines indesinenter sibi invicem porrigebant ejus carnem ejusque adipem, similem fimbriis serici albi bene contorti.

V. 11. Et dies, quo intravi sellam; sellam tectam Oneizae, cum illa diceret: vaeh tibi, ut pedes incedam me cogis.

V. 12. Dixit illa, cum jam inclinarent clitellae nobiscum propter pondus nostrum: occidis jumentum meum, o Amrulkeise; descende igitur.

V. 13. Tunc ego respondi: agedum, dimitte ejus habenas et noli me removere a fructu tuo suavissimo, iterum iterumque percipiendo.

V. 14. Iam saepe ego noctu visitavi mulieres gravidas et matres lactantes instar tui formosas; easque averti a cura infantis amuletis instructi, annum nati.

V, 15 Cum infans pone eam ploraret, convertit illa se ad eum cum dimidia parte corporis; altera pars vero sub me manebat, neque removebatur.

V. 16. Et dies in dorso tumuli arenacei, ubi illa se duram in me praebuit, deditque jusjurandum non solvendum.

V. 17. Tunc ego: o Fathima, benigne agas, postquam ita fastidiose te gessisti et si iam decrevisti me deserere, tamen bonam te praebeas.

V. 18. Num te impellit ad me deserendum, quod amor tuus me occidit et quod animus meus obsequentem se praebet, quotiescumque tu aliquid ei imperas?

V. 19. Si vero indoles mea jam tibi displicet exue vestes meas (cor meum) e vestibus tuis (e corde tuo) ita ut abeant. (abeat)

V. 20. Non lacrymas effundunt vero oculi tui, nisi ut ferias sagittis tuis ambabus cordis afflicti partes omnes.

V. 21. Saepe etiam delectatus sum puella, ovo simili, abscondita, cujus inaccessum erat tentorium, ludendo cum ea sine festinatione.

V. 22. Transii, ut ad eam pervenirem, custodes et turbam hominum mihi inimicam et cupidam ut clam me interficerent,

V. 23. Cum Plejades apparerent in coelo, ita ut apparet medium balthei, cujus gemmae auro sunt interstinctae.

V. 24. Me adveniente, illa jam exuerat omnino dormitura vestes suas apud cortinam, praeter unam vestem quotidianam.

V. 25. Tunc illa dixit: per Deum, non valet coutra te astutia, neque video amoris insaniam a te recedentem.

V. 26. Tunc surrexi cum ea et abii, illaque trahebat pone nos super vestigia nostra syrma vestis, in quo pictae erant formae sellis camelinis similes.

V. 27. Cum vero pertrantissemus aream interjacentem tentoriis tribus et pervenissimus ad vallem terrae depressae, clivosae, late patentis.

V. 28. Attraxi eam per utrumque capitis latus illaque ad me inclinavit se, gracili praedita latere, cruribus plenis.

V. 29. Gracilis puella, splendida, non amplum habens corpus, cujus pectus politum est tanquam speculum.

V. 30. Ut unio pretiosa, cujus candor mixtus est albedine, quam nutrivit aqua limpida et salubris, nemini accessa.

V. 31. Se avertit ac detexit molles genas, circumspiciens tenero aspectu, ut gazella Wedschrae, hinnulorum mater,

V. 32. Et collum, sicut collum dorcadis, non invenustum, cum illud erigit, nec monilibus carens,

V. 33. Et crines, qui tergum ornant, nigri, immo nigerrimi, densi tanquam palmae racemi copiosi.

V. 34. Cincinni ejus in altum sunt contorti erratque ejus coma partim nodata, partim libere dimissa,

V. 35. Et corporis medium, funiculo tenui simile et crus, simile surculo palmae, aqua rigatae, deorsum pendenti.

V. 36. Muscus comminutus est in ejus lecto. Dormiens tempore matutino jam provectiore, non cingitur postquam induit vestem quotidianam.

V. 37. Capit res digito tenero, non crasso, qui similis est vermi regionis Zabaeae aut dentifriciis, e ligno Ishil confectis.

V. 38. Tempore vespertino illustrat tenebras, ac si sit lampas loci vespertini monachi, qui deo se consecravit.

V. 39. Talem virginem amore correptus vir bonus contemplatur, cum sit statura media inter eas, quae parvo et quae magno utuntur indusio.

V. 40. Liberantur alii viri ab amoris coecitate sed cor meum ab amore tuo non recedit.

V. 41. Saepe jam repuli monitorem in te vehementem, sincerum in reprehensione et non segnem.

V. 42. Saepe jam nox, fluctibus maris similis, super me demisit velamenta sua, cum variis curarum generibus, ut me tentaret.

V. 43. Dixique ei cum protenderet lumbum suum et sequi faceret partem posticam et pectus averteret:

V. 44. Nonne tu, o Nox longa, nonne discutieris per Auroram? At vero Aurora te non est melior.

V. 45. O noctem mirabilem, cujus stellae videntur alligatae funibus lini duros ad lapides!

V. 46. Saepe lorum utris populorum imposui humeris meis obsequentibus et adsuetis oneri portando.

V. 47. Saepe peragravi vallem desertam, similem ventri asinino, in qua ululabat lupus, ut decoctor, numerosa gravatus familia.

V. 48. Dixi ei cum ularet: fructu exiguo est negotium nostrum, si tu nihil opum habes.

V. 49. Uterque nostrum, si potitur re aliqua, consumit eam et qui mihi tibique officia sua consecrat, macer evadit.

V. 50. Mane jam profectus sum, cum aves adhuc essent in nidis suis, insidens equo brevium pilorum, vincula feris injicienti, procero.

V. 51. Idoneus est hic equus et paratus ad impetum et ad fugam, simul antrorsum se convertens et retrorsum, ut lapis magnus petrae, quem é loco superiore dejecit torrens.

V. 52. Subrufus, a cujus dorso defluit stratum, ita ut petra laevis et dura demittit id, quod cadit in eam.

V. 53. Insideo equo gracili, aestuanti, cujus hinnitus, ardore ejus effervescente, frangitur in pectore, ut olla ebulliens.

V. 54. Effuse currit, cum equi natatores jam defessi excitant pulverem in terra dura pedibus pulsata.

V. 55. Lapsare facit juvenem levem de etrgo suo tellitque vestes viri duri et gravis.

V. 56. Agilis est, ut orbiculus pueri, quem ille circumgyrat, quemque indesinenter versant ejus manus, cum fune bene contorto.

V. 57. Sunt ei hypochondria dorcadis, crura struthiocameli. Currit ut lupus, pedes ponit ut vulpes.

V. 58. Validis est lateribus; si spectas partem ejus posteriorem, vides eum occludentem interstitium pedum cauda promissa, terram tantum non tangente, non ad latus declinante.

V. 59. Si stat, in ejus dorso videtur esse lapis, super quo teruntur sponsae odoramenta aut in quo teritur colocynthis.

V. 60. Cruor praecedentium ferarum in ejus collo similis est succo expresso Hinnae, in coma cana, pectinata.

V. 61. Occurit nobis agmen boum sylvestrium, cujus vaccae similes erant virginibus, cultum idoli Dewar obeuntibus, quae indutae sunt vestibus longas lacinias habentibus.

V. 62, Retro cesserunt, similes muraenae distinctae in collo juvenis, cui nobiles sunt in tribu patrui et avunculi.

V. 63. Assequi nos facit feras praecedentes, cum tamen propiores ei sint pone remanentes, in coetu non disperso.

V. 64. Convertit se cursu suo modo ad taurum sylvestrem, modo ad vaccam eosque assequitur neque tamen irrigatur et tingitur aqua.

V. 65. Indesinenter coqui praeparabant carmen, partem assando in lapide, dispositam ad ignem, partem, accelerato labore, coquendo in lebete.

V. 66. Vesperi rediimus. Paene deficit obtutus in eo contemplando. Si oculi spectarunt ejus partes superiores, descendunt ad partes inferiores.

V. 67. Noctu permanet instratus et frenatus et pernoctat stans in conspectu meo, non pastum dimissus.

V. 68. O socie mi, videsne fulgur, cujus ego tibi monstrabo splendorem coruscantem? similem manuum motitationi, in nube coagmentata, coronata.

V. 69. Lucet ejus splendor, ut lampas monachi, qui bonam olei copiam affudit ellychnio contorto.

V. 70. Consedi ad eum contemplandum, cum socii mei essent inter Daridsch et Uzeib et longinquum erat id, quod contemplabar.

V. 71. Super Kadn, cum fulgur considerarem, erat dextra pluviae ejus ejusque sinistra super Sitar et Jadbul.

V. 72. Aquam effudit circum Kutheifam, projecitque in faciem arbores magnas Kanhabil.

V. 73. Hujus imbris guttae praetereunt montem Kenan et descendere faciunt ab eo rupicapros albipedes ex omni loco.

V. 74. In Teima non relinquit truncum palmae neque palatium, nisi quod lapidibus est exstructum.

V. 75. Thebir in hujus imbris primordiis, similis est viro principi, velato veste striata.

V. 76. Fastigium summum collis Mudschaimir tempore matutino, propter torrentem et res ab eo allatas, similis est orbiculo fusi muliebris.

V. 77. Projicit onus suum in Sahralgabith, ut advenit in hospitio mercator Jemanensis, possessor vestium pulchrarum, portatarum.

V. 78. Aves in valle Makak tempore matutino videntur bibisse potum matutinum vini generosi, piperati.

V. 79. Acsi ferae eo demersae, in tractibus ejus dissitis, vesperi, sint radices ceparum marinarum.

NOTAE AD MOALLAKAM AMRULKEISI ET SCHOLIA ZUZENII.

Vers 1. Pro مَنْزِلِ Lettius perperam مَنْزَلِ. Pro اللوى cod. 1455 اللوا. Pro دخول, quod est in codd. Paris. 1416. 1417 et 5 et in cod. Willmetiano, Lettius, Jones et cod. 1455 habent دحول.

Scholia Zuzenii in cod. 1417 incipiunt vocibus هذا شرح. Praecedentia addita videntur a manu seriore, fortasse a codicis scriptore, propter formulam رحمه الله, quae non nisi de mortuis usurpatur. Post voces على اتمامه cod. 1417 addit وعليه, توكلت quae verba fortasse genuina sunt. Pro ذكر رواة cod. 5 ذكروا. Pro عمه شرحبيل cod. 1417 عمرو ابن شرحبيل. Sed praestat lectio cod. 1416. Quippe Scharhabil erat patruus Amrulkeisi. Ejus igitur filiam, aetate sibi parem, Amrulkeis videtur adamasse. Cod. 1416, cons. cod: 5 legit شرجبيل, sed perperam. cf. Pocock. specim. hist. Arab. p. 81. Pro ثم علم cod. 1417 وعلم انهن. Cod 1416 ثم اذا علم. Delevi اذا, quia deest apodosis. Pro الا cod. 1417 ان لا. cf. De Sacy gramm. Arab. t. I p. 395. Pro فرمى ثيابها cod. 1417 فرمى بثيابها. Utrumque bonum. رمى enim construitur cum accusativo rei et cum ب, Cod. 1416 et cod. 5 لا بدلك لا ان utrumque ferri potest. Pro لبسن. cod. 1417 لبست. Pro جوعتنا cod. 1417 جرعتنا. Sed lectio cod. 1416 propter sequentia melior est. Pro اخرجتنا cod. 1417 اخرتنم. Pro راحلتى. Cod. 1417. ناقتى. Cod. 1417. تاكلن. Pro

وجمعن cod. 1417 وجمع. Pro يشتوين cod. 1416 يشوين. Utraque forma est bona. منها post. فسقاهن deest in cod. 1417 et non necessario requiritur.

In scholiis ad vers. I cod. 1417 pro واخرج habet فخرج additque خطاب. Pro لان cod. 1417 وان. Pro يا ابن cod. 5 يابن. Pro انزجر cod. 1416 تزجر. Sed lectio cod. 1417 praestat, propter احم in hemistichio posteriori. Pro ماتكون cod. 1417 ما يكون. Pro على ان etc. cod. 1417 بان المراد منه. Post اللفظ cod. 1417 addit مرارا. Cod. 5 حال الوقف فتحمل الوصل على الوقف. Pro لو وقفت cod. 1417 اذا وقفت. non male. Cf. de لو et اذا De Sacy gramm. Ar. p. 597 sqq. تعالى deest in cod. 1417. Cod. 1417 وانشد بن False. Nam ابن non abjicit ا nisi positum est inter duo nomina propria sensu conjuncta. cf. De Sacy gramm. Arab. t. I p. 59. Pro يدق cod. 1417 يشرق. In cod. 1417 deest ايضا. Pro من غير cod. 1416 et 5 لغير.

Notandus est dualis numerus in voce قفا. Zuzenius dicit dualem poni pro singulari et plurali. Sed hoc loco non tam stricte hoc dici potest. Quippe eodem cum jure poeta duos sibi comites fingere potest, quam unum aut plures. Eadem ratio obtinet in carmine venustissimo in Schultensii Hamasah p. 554, ubi poeta hortatur duos amicos ad visitandum Maani sepulchrum. Etiam Ibn Nahas dicit poetam duos alloqui amicos. Neque vero negare volo interdum etiam sensu strictiori dualem poni posse pro singulari et plurali. Disputavit de hac re Lewin. Warnerus ap. Lett. p. 167, qui utitur loco Corani, Sur. 50, 23 القيا فى جهنم كل كفار عنيد »projicite in Gehennam omnem refractarium,« ubi vox القيا dualis prae se fert imaginem, unus tamen intelligendus putatur angelus mortis; sed etiam in illo loco dissident interpretes. Altera Zuzenii explicatio mihi quidem non probatur. Sed tamen non omni caret analogia. Apud Arabes permutatio litterae cujusdam cum alia vocatur قلب, conversio. Duarum litterarum ن concursum vero Arabibus fuisse ingratum, jam ex eo perspici potest, quod ن sequente alio ن non pronuntiatur, ita ut nihil audiatur nisi sonus nasalis, reduplicata littera sequente. cf. De Sacy gramm. Ar. t. I p. 23. 150.

نبك est in modo conditionali, quia eadem inter has duas propositiones conjunctio est, ac si dictum esset: Si consistitis plorabimus. Non vero modus conditionalis positus est propter imperativum قفا. cf. De Sacy, gramm. Ar. I p. 136. 412. t. II p. 33 not. Eodem modo Kosegarten. in Moallaka Amru ben Kelthum v. 10 pro تُسَائِلْكِ, quod in textu habet, scribendum dicit, تُسَائِلْكِ, fut. Dschsmatum seu conditionale, quod exstat in cod. Gothano. cf. Kosegart. ad Amr. b. Kelth. p. 54.

Insolentius est nomina locorum conjungi per particulam ف sed tamen non omnino inusitatum. cf. Lebidi Moallakam 1. 4. 18. cl. Freytagii regnum Saahd Aldaulae p. 24. De Sacy gramm. Arab. t. I p. 393.

Incipit carmen cum adhortatione poetae ad amicos, ut consistant et secum deplorent amasiae memoriam, in loco ubi olim illa habitaverit, nunc deserto et ruderibus pleno. Mos enim erat Arabibus carmina auspicari ab amore adeoque necessarium, ut in justae magnitudinis carminibus tale exordium deesse non posset. نسيب vocatur tale exordium a نسب referre genus aut nomen aliquorsum, quia a nominibus feminarum poemata dignosci et circumferri solebant. cf. Reisk. ad Thar, p. 40. sqq. Diligentissime hunc morem observarunt omnium septem Moallakarum auctores. cf. Lebidi Moallak. V. I sqq. Antarae Moallak. V. 1 – 5. cl. Willmet. ad Ant. p. 117 sqq. cl. Rosenmüller. ad Zohair. p. 27. Carmen Nabegae ap. Cl. De Sacy, chrestom. Arab. t. I. Optime de hoc Arabum priscorum more dixit Jonesius, poes. Asiat. comment. opp. t. VI p. 279 sqq., cujus verba apponam: »Antiquis Arabum poetis mos erat carmina omnia sive de rebus bellicis, sive de viri illustris laudatione ab amicae descriptione ordiri. Hujus poeseos idem fere est argumentum et idem tenor. Amator languet, queritur, moeret; deinde laetatur et exsultat; absentem amicam quaerit, mox praesentem duritiae insimulat. Deinde cupit, angitur, timet, irascitur. Denique naturam sibi parere autumat et ad desiderium suum levandum conversam iri sperat.» Egregie ad totam hanc rem illustrandam valent, quae attulit Reisk. ad Thar. p. 43. »Ipsi poetae plerumque scenitae erant et, quod illius vitae natura postulat, in perpetuo motu fugientes amasias persequebantur, inter alias quam plurimas causas luxuriantis terrae et pabuli copia illecti: Inde factum, ut cineres disjectos, pristinorum incolarum monumenta; terram foco et ignibus denigratam, lapides, quibus ollas fulciebant, derelictos; aggerem tentorio circumfusum olim, nunc collapsum aut inundatum; alia pingant; sedesque vastas, amicorum absentiam, accessus difficul-

tatem, cetera deplorent. Leniendi doloris causa socios secum sumebant, praesertim duos. Sic in omnibus fere rebus dualem numerum Arabes amant, ut Merzuk ad Hamasam docet.» Ita hic mos invaluit, ut poetae, si forte amicam non haberent, nomen aliquod fingerent cf. Scholiast. ad Caab. b. Zohair V. 1. ibique Lett. p. 92. Temporibus serioribus, cum jam aliud in poesi genus floreret omniaque tenderent ad laudandum deum et Muhammedem haec carmina torquebantur in alium sensum et quaerebatur in iis divinius aliquid atque reconditum. cf. Jones. poes. Asiat. comm. p. 173. sqq.

Vers, 2. Pro يعف cod. 1416 يقف. In schol. pro ينمح cod. 1417 يصح. Pro غطتها cod. 1417 اغطاها. Pro كشفت cod. 1417 كشف. Pro ذكرها cod. 1417 ذكر. In cod. 5 deest ابو بكر.

Tudih commemoratur etiam in Moallaka Lebidi v. 14, ubi vaccae sylvestres hujus loci laudantur tanquam valde formosae. De مقراة Ibn Nahas haec habet, والمقراة فى غير هذا ما اجتمع فيه الما يقال قريت الما جمعته.

In hemistichio posteriore particula ما, quae est subjectum propositionis, conjungitur cum verbo feminino نسجتها, quia posita est pro nomine feminino ريح. cf. De Sacy, gramm. Ar. t. II. p. 196. Verbum نسج, quod proprie adhibetur de textura, pulcherrima metaphora hic tribuitur ventis e contrario flantibus, ita ut quae alter auferat, alter reducat. Non inusitata haec metaphora poetis. Ita in Divano Hudeililarum dicitur: »agmina ventorum texentia.» Et poeta citatus Gieuhario dicit: »Texuerunt fulmina venti nocturni vestes, velut telas panni serici.« Tres affert Zuzenius hujus versus explicationes. Primam vero optimam esse dicit eamque sequuntur Jones. et Hartm. Et est ea sane elegantissima et maxime conveniens verbo نسج. Ibn Nahas dicit: »Non deleta sunt ejus vestigia flatu contrario ventorum sed multarum aliarum rerum concursu.« Sequitur igitur eam explicationem, quam secundo loco profert Zuzenius, sed eam mori poetarum non congruam. Fere semper enim fingunt vestigia habitationis amicae nondum omnino evanuisse. Cf. not. ad vs. I.

V. 5. Pro عَلَىَّ مَطِيَّهُمْ Lett. عَلَى مَطِيِّهِمْ, repugnante metro. Neque bonum sensum hanc lectio praebet Pro. تَهْلَكْ Jon. تَبَلَّكْ, quod ferri potest sed

non est necessarium, quia هلك habet fut. A, et I. Pro أسى cod. 1455. أسا. Pro تتجمل Jon. legit تحمل et vertit: »only be patient.« Sed nostra lectio nititur auctoritate mssc. Paris. et est fortior elegantiorque. Apud Lettium hic versus est quintus et inter hunc versum et praecedentem duo alii sunt versus, quos hic apponere volo:

ترى بعر الارام فى عرصاتها ☆ وقيعانها كانه حب فلفل ☆
كانى غداة البين يوم تحملوا ☆ لدى سمرات الحى ناقف حنظل ☆

Hos versus Lettius ita vertit; ,,Vides stercus cervarum in areis ejus et campis, acsi grana piperis. Tanquam si ego, quum mane collectis sarcinis discederent, apud spinosas familiae arbores, contusor essem colocynthidis.“ Sed hi versus nullo modo genuini esse possunt. Zuzenius, scholiastarum in hoc carmen praestantissimus, eos omisit, nulla eorum mentione facta. Desunt apud Iones. et in codd. Paris. 1416. 1455 et 5. Aberant etiam a cod. Warneriano, quo usus est Lettius, et Lettius eos adjecit e Tebrizio, cujus judicium de iis hoc est: hic versus et sequens, auctore Asmaeo, spurii sunt neque ad hoc carmen pertinent“ Saepissime vero hoc accidit in carminibus Arabicis antiquis, ut in quibusdam libris mssc. toti versus legantur, qui in aliis non apparent. Quod sine dubio hanc causam habet, quod carmina litteris mandata sunt ab iis, qui ea viva voce recitata audiverant. Quod cum ita esset, facile accidere poterat, ut memoriae lapsu versus omitterent et alios ad carmen non pertinentes intruderent. cf. cl. de Sacy in notices et extraits etc. t. IV. p. 311. cl. Hartmann. in libro: ,,Die hellstrahlenden Plejaden“ p. XXII. Saepissime vero in talibus descriptionibus, qualis haec est, quae in quovis carmine occurrunt ex aliis carminibus inferuntur versus. cf. Menil. ad Antarae Moall. p. 61. Neque vero in versu priore metrum recte se habet, quod tribuendum Lettii falsae punctationi. Cod. Paris. 1417 addit inter II. et III. hos versus.

خلا نسج الريح (الريحان) فيها كانما ☆ كستها الصبا سجن الملا المذيل ☆
كان غداة البين يوم تحملوا ☆ لدا سمرات الحى نانق حنظل ☆
ترى بعر الصبرات فى عرصاتها ☆ وقيعانها مملوة حب فلفل ☆
ودع عنك شيا قد مضى لسبيله ☆ ولكن على ما عالك اليوم اقبل ☆

Ibi igitur praeter illos duos versus, quos Lettius habet, duo alii inveniuntur, his interpositi. Neque vero duo illi versus sine lectionis varietate ibi leguntur. Ad scholia Zuzenii in not. marg. cod. 1416. haec adscripta leguntur وقوفا جمع واقف بمعنى الحبس لا من الوقوف بمعنى اللبث لانه لازم والمذكور فى

البيت متعد مفعوله مطيهم وانتصابه على الحالية من فاعل نبك اى نبك فى حال وقف اصحابى مراكبهم على قايلين لا تهلك اسى اى من فرط الحزن وشدة الجزع والاولى ان يقدر وقوفا مصدرا بدلا من فعل رفع صحبى على الفاعلية ونصب مطيهم على المفعولية تقديره وقف صحبى مطيهم وقوفا بهذه المواضع على Consentit hujus notae auctor in explicando hoc versu cum Zuzenio. Sed melius et accuratius nexum verborum illustrat. In schol. pro ونصب اسى etc. cod. 1417. ونصب الشى على انه مفعول Pro تجمل Cod. 1417. تحمل

Hic versus iisdem verbis legitur in Moallaka Tharaphae, nisi quod pro تجمل legitur تجلد, eodem fere sensu, ibique est vers. 2. Non constat quidem uter poetarum furtum commiserit, quia Amrulkeis et Tharapha sunt aequales. Tamen Ibn Nahas, cujus scholia ad Tharapham apud Reiskium leguntur, hunc versum praetermisit, neque ejus judicium omnino contemnendum puto. Neque vero apud Arabes dedecori erat poetis alienis verbis sua carmina ornare. Cf. exempla, quae attulit Reisk. ad Thar. p. 47. De voce وقوفا Ibn Nahas dicit: وقوفا فعل متقدم لا ضمير فيه والمعنى واقفا بها صحبى على مطيهم. Non assentiri possum ill. De Sacy. qui dicit gramm. Ar. t. II. p 63: „وقوفا, nom d'action, en se tenant, est lá pour واقفا ils se tenoient.“ Necessario enim significatio verbi وقف transitiva esse oportet, metro Lettii punctationem vocum على مطيهم non admittente. Eodem modo, ut Zuzenius, etiam Tebrizius ad Thar. Moall. v. II. vocem وقوفا accipit pro plurali vocis واقف dicitque eodem modo جلوس esse pluralem vocis جالس. De formis جمع جمع dictis. de quibus loquitur Scholiastes, cf. De Sacy, gramm. Arab. t. I. p. 275. Dicit Zuz. اسى in accusativo positum esse, quia sit مفعول له, quod significat terminum circumstantialem, exprimentem causam actionis. cf. De Sacy, gramm. Arab. t. II. p. 96.

V. 4. Pro عَبْرَةٌ Lett. عَبْرَةٌ Codd. Paris. عَبْرَةٌ. Lectionem nostram Ionesius habet. Pro مُهَرَاقَةٌ, Lett. مُهْرَاقَةٌ repugnante metro. Pro مُعَوَّلٍ quod exhibent. Iones. et Lettius et quod metri ratio postulat codd. Parisiens. مُعْوِلٍ cod. 1455 in marg. مُعَوِّلٍ

In Schol. pro المبكى cod. 1455. المبكا saepissime hujus cod. scriptor in fine vocabulorum pro ى scripsit ا. Post صوته in cod. 1455. deest به. In cod. 1417 deest ايضا. In cod. 1417. deest تتخلص. Cod. 5. fort. تخلص Pro او ولا cod. 1417 cons. cod. 5. او لا

In fine cod. 1417 pro أو ولا habet ولا. Commemorat Ibn Nahas variam lectionem فان شفاى عبرة لو سفحتها: „remedio mihi esset, lacryma, si eam effundere possem.“ Sed nullius pretii est haec lectio, profecta ab aliquo, qui non intelligebat eam dicendi rationem, quam Zuzen. vocat:“ interrogationem sensu negationis. Nexum sententiarum optime explicavit Zuzenius, ita ut nihil addendum habeam. Ex duabus quas profert, vocis معول explicationibus; orta est versionis diversitas. Iones. et Hartm. vertunt.“ Sed quid juvat lacrymas profundere super ruinas habitationis desertas? „Lett.“ an enim apud obliterata vestigia restat aliquid, in quo fiduciam possis ponere? „dicitque in annotat:“ An forte melius vertas: Num vero penes obliteratum vestigium objectum fletus est? Tunc punctandum مُعْوَل.“ Hoc omnino repugnat metro. Ceterum etiam Ibn. Nahas hanc interpretationis varietatem commemorat. Comparari possunt cum hoc Amrulk. versu, versus suavissimi ex carmine Bordah, Lugduni edito a I. Uri, quos latine apponam, ne typothetae molestiam faciam.“ Putatne amator amorem celatum iri, qui partim effusis lacrymis, cordis amore detegitur? Nisi amares non lacrymasses ob ruinosa domicilia neque ob partim myrolabani et collis recordationem insomnis esses. Qui itaque amare te neges, si quidem testes sunt in te veri pallor ac lacrymarum effusio.“

V. 5. In schol. post ومعاناتک cod. 1417 add. کمعاناتک. Cod. 1417. شغف بحبها الان. Ibn Nahas commemorat quandam lectionis varietatem ويروى كدينك والدين والداب أحد Sed parum haec lectio auctoritatis habet. Non assentire possum Ionesio, qui in hoc versu loquentes inducit amicos poetae vertitque:“ Conditio tua praesens non est tam misera etc.“ Ex mea sententia poeta in hoc versu se ipsum consolatur dicitque!“ Iam prius fuisti in eadem conditione, cum alias quasdam puellas amares, quae tibi ereptae sunt.

V. 7. Iam poeta, commemoratis in versu superiore puellis, quas olim amaverat, Ummulhuwairith et Ummulrebab, convertit se ad eas describendas. Et quidem in priore hemistichio dicit eas, si surrexerint, diffudisse musci odorem. Saepissime in laudandis puellis poetae dicunt eas spirare odore musci. Ita dicit Antara ex versione Menil.“ Nam qualem musci vesica apud aromatarium spirat fragrantiam, talem mulieris halitus formosae oscula tibi petenti, afflat ex ore, antequam ipsos contigeris dentes. cf. Willmet. adn. p. 144. Ibn Faredh in De Sacy chrestom. Arab. t. I. p. 373. l. 18. ex ejusdem versione t. III.; p. 145.“ la fraicheur s'exhala de sa bouche: une douce haleine repose au matin sur ses lèvres et surpasse sans aucun apprêt l'odeur suave du musc, dont elle repand le parfum.“ cf. vers

Saheb Ibn. Mathrouh in Abulfedae ann. t. IV. p. 528. Elegantissime poeta comparat in hemistichio posteriore odorem musci, a mulieribus diffusum, cum odore caryophyllorum, ab euro allato. Celebrantur enim a poetis venti leniter spirantes et odores suavissimos adferentes. Ita Ebn ul Faredh, ex versione Ionesii, in poes. Asiat. comment." Odor Zephyri ex Alzaura provenit mane, in vitam autem mortuos revocat: Profert nobis auras; halitus ejus diffunditur et aer ab eo ambari odorem recipit. cf. poetam ap. Ion poes. Asiat. comm. p. 289. Eadem comparatione, qua noster, utitur poeta ignotus ap. Ion. l. c. p. 96." Nullus est moscho odor, si illum olfacimus, praeter odorem hujus puellae et aura ab ejus halitu halitum suum dulcem reddit." Exempla hujus comparationis e poetis Persicis attulit Iones. l. c. p. 68. Etiam apud Graecos mos erat mulieribus, odoramentis se perfundere. Ita Anacreon: *ὁ δὲ Κηρὸς ἄν δυνήται, γράφε και μύρου πνεόυσας.* Conferre juvabit pulcherrimum locum e cantico Salomonis Cant. IV. v. 10.

V. 7. Pro دَمْعِى Lett. دَمْعِى, contra metrum. Pro تَحْمِلِى lett. تُحْمَلِى. In schol. voces والاصل صبب desunt in cod. 1417.

صبابة proprie est effusior impetus et quidem per declive, صب effusa aqua itemque amore percitus ac flagrans. صبابة usurpatur de summo amoris desiderio et ardore. cf. Schultens. ad Hamasam p. 548. Schult. ad Har. cons. p. 29. Affert Lettius notam Tebrizii de hac voce, in qua una vox addenda et altera corrigenda est, at sensum non bene cepit. Ita enim vertenda est: صبابة est nomen actionis, in accusativo adverbiali positum, uti dicis: venit Zeid incedendo i. e. incedens. Similis est dictio Corani an vidistis si aqua vestra mane descendit in terram i. e. descendens." De مفعول له cf. not. ad v. 5. ادغام est contractio duarum litterarum in unam per Teschdid, quia inseritur prima harum litterarum secundae. De media radicis littera dicitur سكنت, quiescit. cf. De Sacy gramm. Ar. t. I. p. 25. 45.

V. 8. Lett. صالح لك منهما cons cod. 1455. non repugn. metro. Pro لك adscriptum est margini cod. 1416. كان, cons. cod. 1417, Hanc lectionem commemorat etiam Zuzenius. Pro يومٍ Ion. يومٌ In schol. cod. 1417. pro فتقول leg. تقول. Verba التكثير - فيراد بها desunt in cod. 1417. In cod. 1417. deest منهن. Pro من تلك. cod. 1417. من ذلك In memoriam revocat poeta tempora laeta, quibus usus erat jucunda harum puellarum consuetudine et commemorat quosdam dies, quibus insignem ex iis voluptatem perceperat. Citatur hic versus a Scholiaste ad Zohairi Moall. v. 25. cf. Rosenm. ed. p. 52. Sed ibi pro يوم legitur يوما. De

ألا composito ex أ interrogativo et لا negativo, quod proprie significat nonne, sed saepe inservit affirmationi cf. De Sacy, gramm. Ar. t. I. p. 583. De vocis رب, quae non est praepositio sed nomen indeclinabile, significatione propria multa disputantur a grammaticis Arabum. Apponam locum e Camuso versum a cl. De Sacy, in gramm. Ar. t. I. p. 567, qui valet ad illustrandam Zuzenii notam:“ Ce mot s'emploie pour indiquer exclusivement un petit nombre ou un grand nombre ou bien dans l'une et l'autre de ces deux significations, ou bien par jactance pour grossir un nombre, ou enfin qu'il n'indique par lui même ni un grand nombre ni un petit nombre et que cette idée n'est determinée, que par l'ensemble du discours et par ses circonstances.“ cf. De Sacy, gramm. Arab. t. II. p. 46. لا سيّما aut. لا سيما compositum est ex لا, ex سي similitudo, et ex ما. سي est in accusat. sine Nunnatione propter adverbium negativum لا cf. De Sacy gramm. Arab. t. II. p. 53. De سيما cf. De Sacy gramm. Arab. t. II. p. 581. 584. De Darat Dschuldschul totaque historia, quam in hoc versu innuit poeta, videnda est narratio Zuzenii in historia Amrulkeisi commentario praefixa. De eadem re exstat quoque narratio Tebrizii scholiastae, quam Lettius exhibet ad v. seq., allis quidem verbis eadem continens, quae Zuzenius habet.

V. 9. Pro لِلعَذَارَى, Lett. لِلعَذَارِى. Pro عجبا cod. 1416 عَجَبًا Pro من كورها Lett. من رحالها.

In schol. cod. 1416. et العذارى. Pro باداتة codd. perperam بادابة. Codd. الاكوار. Post voces ومنه قول cod. 1417. addit الشاعر وهو. Verba وليس – بل ندى العجب, desunt in cod. 1417. Poeta hoc in versu jam commemorat, quid actum sit die illo, quem in superiore versu laudaverat tanquam suavissimum. Nam dies in Darat Dschuldschul est idem, quam quo virginibus mactaverat jumentum suum; quod non bene intellexisse videtur Lettius. Vertit enim: „Et diem quoque illum, quando virginibus mactavi jumentum meum etc.“ Dicit Zuzenius vocem ويوم Fatham habere, quia conjuncta sit cum verbo عقرت quod sit مبنى. Scilicet Arabes dividunt omnes voces in declinabiles, مُعْرَبٌ aut مُعَرَّبٌ et indeclinabiles مَبْنِىٌّ. Nomina sunt proprie declinabilia et in singulis tantum casibus indeclinabilia, verba proprie indeclinabilia et in singulis tantum casibus declinabilia, scilicet in

mutationibus, quas Aoristus subire potest. cf. De Sacy, gramm. Ar. t. I. p. 289. sqq. Recte igitur عقرت vocatur indeclinabile. Saepe vero si duae generis diversi voces conjunguntur, una sequitur alteram, ita ut hoc loco vox declinabilis cum indeclinabili conjuncta fit indeclinabilis. cf. De Sacy, gramm. Ar. t. I. p. 505. Recte Zuzenius monet يا تجبا esse pro يا تجبى. Nam in eo dicendi genere, quod Arabes vocant ندا, compellationem, si additur rei compellatae pronomen affixum primae personae, potest hoc fieri modo regulari, vel diversis, modis irregularibus e. c. يا غلامية — يا غلامه — يا غلامى — يا غلام. cf. De Sacy, gramm. Arab. t. II. p. 78. Ex duabus vocum يا تجبا explicationibus, quas dat Zuzenius, prior est nimis artificiosa, altera melior.

Hemistichium posterius Lett. ita vertit: „Et mirum, quomodo tunc talem sarcinam, me ipsum, potuerint portare.“ Quomodo hic sensus e verbis elici possit, equidem non video. De Nabega, cujus versum citat Zuz., poeta Arabum celeberrimo, cf. De Sacy, chrestomath. Arab. t. III. p. 48.

V. 10. Pro شَحْمِ lett. شَحْمِ In schol. voces فظل لعذارى desunt in cod. 1417. Cod. 1416. pro والمدقس iterum habet أو الدمقس. Sed utramque formam affert Ibn Nahas ad h. l. والدمقس الحرير على قول الاصمعى ويقال مدقس. Etiam Tebrizius utramque formam adnotat. Pro وتوسعا cod. 1416. أو توسع. In linea ultima الذى deest in cod. 1417.

Pergit poeta in enarranda historia, versibus superioribus coepta, dicitque virgines largiter comedisse de carne jumenti sui. In hemistichio posteriore comparat ejus adipem cum extremitatibus serici albi, et quidem propter colorem candidum et formam, non propter albedinem tantum ut putat Lettius. Verbum ظل eodem sensu occurrit apud Tharaph. v. 90. يرتمين Ibn Nahas explicat: يناول بعضهن بعضا Octava species hic obtinet significationem sextae. De مفتل haec habet Ibn Nahas: المفتل بمعنى المفتول الا انك اذا قلت مفتول وقع على الكثير والقليل والمفتل لم يكن الا لكثير Conjugationi secundae inest notio frequentativa, quae etiam transit in participium.

V. 11. Pro دَخَلْتُ. Ion. دَخَلْتَ. In versione vero lectionem nostram expressit. Vertit enim:

»On that happy day I entered the carriage« Lett. عُنَيْزَةٍ, repugnante metro. cf. De Sacy gramm. Arab. t. II p, 373. Pro لَكَ Lett. لَكِ cf. De Sacy gramm. Arab. t. 1. p, 401. sqq. In schol. cod. 1417 pro خدرت leg. تخدرت. Post لقب cod. 1417 add. لها. Cod. 1417 بالقذا. Cod. 1417 كان من محاسن.

Zuzenius dicit خدر عنيزة esse بدل a خدر priore, i. e. appositionem. Ejusmodi verbi ejusdem iteratio admodum elegans esse videtur. Ita poeta in Hamasah شددنا شدة الليث عدا والليث غضبان »Incurrimus impetu, tanquam leo, et leo iratus.» Theocr. Idyll. XIII

— λῖς ἐσακουσας

Νεβρῶ φθεγξαμένας τις ἐν ὤρεσιν, ὠμοφάγος λῖς. Dicit Zuzen. nomen Uneizae, alias indeclinabile, hic declinari propter metri necessitatem. Nomina propria feminarum enim, in ة terminata, sunt indeclinabilia. cf. De Sacy, gramm. Ar. t. I p. 298. Ex licentia poetica vero etiam talia nomina declinantur. cf. De Sacy, gramm. Ar. t. II p. 373. Dictio الويلات لك est elliptica, cujus generis in omnibus fere linguis occurrunt. Proprie, ut recte monet Zuzen., est nomen, quod in exclamationibus ponitur adverbialiter. cf. De Sacy gramm. Ar. t. II p. 358. De diversa hujus vocis explicatione jam monuit Warnerus: »Formulam illam الويلات لك quidam explicant per دعا عليه, imprecationem, alii دعا له, apprecationem et celebrationem laudis intelligunt. Sicut Arabes dicunt: قاتله الله ما ارماه, quae dicendi formula revera laudem continet. De voce خدر cf. est nota Gieuharii apud Lett. ad Caabum p. 153. In Arabiae desertis feminae in itinere utuntur camelis, quibus imponuntur sellae velis obductae et ab omni parte munitae. De his Kaempfer., amoenitat. exotic. fasc. IV, relat. VII §. 3 p. 724:» Abducendis aegris et nobiliorum feminis arculae serviunt, singulae ad ephippii latera affigendae. Ad caveae normam fabricatae sunt, pannoque subductae, ut in iis latitare singulae possint.» cf. libr. Pocockii: »Beschreibung des Morgenlandes.« p. 278, ubi exstat etiam talis sellae icon. Rosenmüller. ad Zohairi Moall. p. 52. Frequentissima est harum sellarum mentio apud poetas Arabum. Ita dicit Lebid in Moallaka, questus de puellarum amatarum discessu, ex vers. cl. De Sacy. »Elles s'eloignoient,

derobées à tous les yeux par les draperies, qui enveloppoient les montans de leurs litières et que recouvraient encore les voiles, qui en revêtoient les contours et l'etoffe destinée à garantir leurs têtes des ardeurs du soleil.

V. 12. Lett. بَعِيرِى. Cod. 1416 cons. Jon. امرء Lett. فَانْزِلِ repugn. metro et gramm. In schol. cod. 1417 معقرة. Praepositio ب, in dictione قد مال الغبيط بنا, verbo notionem dat transitivam. cf. De Sacy, gramm. Arab. t. I p. 355. Argutias ad hunc locum affert Tebrizius: وقوله عقرت بعيرى قال ابو عبيدة انما قال عقرت بعيرى ولم ناقتى لانهم يحملون النسا على ذكور لانهم اقوى واضبط والبعير يقع على المذكور والمونث واذا كان كذلك فلا فرق بين ان يقول بعيرى وان يقول ناقتى لان البعير يقع عليها Sellae camelinae erant in alterutro cameli latere. Cum igitur Amrulkeis ex suo latere semper se ad puellam converteret, fiebat, ut sella puellae inclinaret ad terram. cf. Zohairi Moall. v. 11: ووركن فى السوبان يعلون متنه «Ascendentes ex ima valle, in alterutrum latus inflexae sedent.«

V. 13. Jon. زِمَامَهُ Lett. تُبْعِدْنِى. Cod. 1416 تُبْعِدِينِى. Pro من Jon. عن Pro معلل Lett. مُعَسَّلِ. Hanc lectionem Ibn Nahas secutus est, sed nostram etiam commemorat. معسل derivandum est ab عسل et significat: mellitus. In schol. cod. 1417 المعلل الملهى المكرر. Utramque vocis معلل explicationem Jones. in versione sua conjunxit. Vertit enim: »nec remove me a fructu tuo, iterum iterumque cum voluptate percipiendo.« Ibn Nahas ita hanc vocem explicat: المعلل يريد الذى يعلنى اى اسقى به. Ceterum ad totam sententiam cf. est locus pulcherrimus in cantico Salomonis c. VII v. 7. 8:» Proceritas tua similis est palmis, pectus tuum uvis. Dixi ego: Ascendere volo in palmam ejusque ramos arripere. Pectus tuum sit mihi instar uvarum in viti et instar malorum os tuum, quod suaves spirat odores. Cic. ep. 11, t.“ “Ego te abfuisse tam diu a nobis dolui, quod carui fructu jucundissimae consuetudinis.“

V. 14. Lett. فَمِثْلُكِ. Perperam. cf. De Sacy gramm. Ar. t. I. p. 394. Pro مرضع, referente Zuz. legitur etiam ومرضعا quasi scriptum esset طرقتها. Zuz. et Ibn

Nahas commemorant lectionem عن ذى تمايم مغيل, a verbo غال, infantem lactavit gravida. Ibn Nahas commemorat lectionem فمثلك بكرا قد طرقت وثيبا. Lett. تَمَايِم, non recte. cf. De Sacy gramm. Ar. t. I. p. 296. In schol. cod. 1416 et 5. على من المنسوبات cod. 1417. ورابعتنى. Cod. 1416. ورابعتنى. In cod. 1417. desunt voces اى دات خضاب et ايضا Pro شغلت عنه cod. 1417. شغلته. Pro حبلت cod. 1417. حملت. Pro منى cod. 1417. عنى. Pro يريد عنيزة cod. 1417. يريد به ثرب Rarior est usus particulae conjunctivae ف pro رب. Ibn Nahas dicit: وقوله فمثلك على معنى رب مثلك والعرب تبدل من الفاء الواو وتبدل من الواو الفا. f. De Sacy gramm. Ar. t. I. p. 394., ubi noster locus affertur. Bona est Zuzenii observatio de voce مرضع Scilicet voces, quae significatione sua jam sunt femininae, partim poni possunt ut nomina et tunc carent nota feminini, partim ut participia, adjecta nota feminini. Conferre juvabit de hac re adnot. Gieuharii ap. De Sacy l. c. p. 251. „On dit d'une femme حامل et حاملة. Ceux, qui disent حامل, justifient cette forme par la raison, que c'est là une qualification qui ne peut s'appliquer, qu'aux animaux femelles. Ceux au contraire qui disent حاملة, fondent leur opinion sur l'analogie, et sur ce, que l'on dit حملت avec la forme féminine etc. Ad vocem تميمة illustrandam, egregie valet locus Haririi, cons. 2. ed. De Sacy p. 19. كلفت مذ ميطت عنى التمايم „Amavi jam inde ab eo tempore, quo sublata a me sunt amuleta.“ Ibi schol. haec habet: التمايم هو جمع تميمة وهى المعاذة سميت بذلك لانها بها يتم امر الصبى يعنى احببت مذ كبرت وهذا من باب الكناية لان اماطة التمايم رديف الكبر كان العرب اذا بلغ الصبى عندهم الحلم ازالوا الاحراز من عنقه والبس العمامة والازار وقلد السيف cf. Motenabb. ap. De Sacy, chrestom. Ar. t. I. p. 541. De Sacy l. c. t. II. p. 116. De لهى notandum est, quod dicit Ibn Nahas ومحول الذى اتى عليه حول والعرب تقول لكل صغير محول ومحيل وان لم يات عليه حول De verbo لهى cf. Caab. b. Zoheir v. 55., qui versus apud Lett. vitiosus est. Sensus versus nostri hic est: „Quomodo tu me jubes ut abeam, quum jam aliae mulieres, tibi similes quoad pulchritudinem, prae nimio mei amore, neglexerint pueros suos parvulos.“

V. 15. Lett. بكا Lett. أَنْصَرَفَتْ; cod. 1416. et Ion. إِنْصَرَفَتْ, contra metrum. cf. De Sacy gramm. Ar. t. I. p. 54. Cod. 1416. تُحَوَّلِ contra metrum

Pergit poeta in extremo hujus mulieris amore in se describendo dicitque eam, cum filiolum flentem audisset, uno tantum latere ad eum se convertisse, cum alterum latus ad se conversum manserit.

V. 16. Lett. حَلْقَةً Lett. تَحَلَّلْ. Voce الالية terminatur in cod. 1416. fol. 9. Fol. 10. deest in hoc cod. Cod. 5 ejus defectum supplet, cum textus cod. 1417. mendis gravissimis sit depravatus. De locutione methaphorica ظهر الكثيب quaedam bona habet Lett. Arabes dicunt: sol versatur فى ظهر السماء e. e. in ipsa meridie stat. Simili metaphora dicunt متن الارض, dorsum terrae. Ita Homerus ἐπ' εὐρέα νῶτα Θαλάσσης — Virgil Aen. I., 110. „Dorsum immane mari summo. cf. Oppian. de piscat. v. 60. Suid s.v. I. Νῶτος. Zuzenius dicit والت حلفة idem esse, ac والت ايلا cf. De Sacy gramm. Arab. t. I. p. 212.

V. 17. Lett. صَرْمِى Lett. فَاَجْمِلِ Ion. فَاَجْمِلِ Cod. 1416. فَاَجْمِلِ. Sed quamvis hemistichium posterius per totum carmen terminetur in ل tamen ى in fine addi potest. Hoc versu et sequentibus poeta narrat, quid dixerit amasiae, cum illa jurasset, nihil se amplius negotii cum eo habituram. In voce أفاطم praefixum ا non est pro يا, ut putat Warnerus, sed ا est particula compellativa حرف النداء, eodem modo, quo يا. cf. De Sacy gramm. Ar. t. II. p. 76. In iis vero nominibus, quae plus tribus litteris constant, et in nominibus feminarum, quae terminantur in ة, interdum ultima littera abjicitur, quod vocatur ترخيم المنادى cf. De Sacy, gramm. Arab. t. II. p. 79. Verbum أزمع partim construitur cum على partim cum accusativo rei. Utriusque constructionis exempla attulit Willmet ad. Antar p. 135. Jn Moall. Amru b. Kelth. v. 10. eodem sensu occurrit أحدث. Vox مهلا est adverbium, quod in se continet significationem verbi, quas voces Arabes appellant اسماء الافعال. Scilicet مهلا est idem quod أَمْهِلْ. Ita بله est idem, quod دع, sine, ها idem quod خذ, sume etc. cf. De Sacy gramm. Ar. t. I. p. 588. sqq. Carmen paneg. Caabi b. Zoh. v. 59 ibique Schol.

V. 18. Apud Lett. et Ion. et in cod. 1455 hunc versum praecedit versus sequens. Non multum discriminis est, utrum hoc modo ponatur, an illo. Ego Zuzen. secutus sum. Lett.. إن non recte. cf. De Sacy, gramm. Arabica t. I. p. 401

Iones. وَاِنَّكِ Lett. وَاَنَّكِ cf. De Sacy, l. c. Lett. hoc verbum collocavit In fine

hemistichii prioris, repugnante metro. In schol. in verbiis أن حبك incipit fol. 11. cod. 1416. Pro قلبى cod. 1417. قلبك Vox بالحبيب deest in cod. 1417. Alteram hujus versus explicationem, quam Zuzenius affert, nihili esse, non est quod moneam. Nugae sunt, quae affert Lett. de etymologia particulae مهما Scilicet haec vox derivanda est a particula ما repetita. cf. De Sacy gramm. Ar. t. I. p. 376. Hoc monet etiam Ibn Nahas. زعم الخليل ان الاصل فى مهما ما ما وما الاول يدخل للشرط والثانية زايدة للتاكيد.

V. 19. Lett. فان. Lett. سَآءَتْكِ. Lett. خليقةٌ. Lett. ثِيَابِى Ion. تَنْزِلِ In cod. 1455 hoc modo hic versus legitur:

فان كنت قد ساتك منى خليقة   فسلى ثيابى من ثيابك تنسلى ☆

sed nihili haec diversitas lectionis facienda est. In schol. cod. 1416 pro عنترة est عنيزة, cod. 1417. الأعشى Posui عنترة ex conjectura. Nam versus citatus a Zuz. est versus 49 in Moall. Antarae. تك est licentia poetica. Ita in carmine Taabbathae scharran in Schultens. Hamasah p. 374.

فابت الى فهم ولم اك ايبا   وكم مثلها فارقتها وهى تصفر ☆

„Sic reversus sum ad Phahmitas, quum non videre reversurus. Quot autem similia, unde victor discessi fremente leto.“ Ibi Schultens. habet أكن, sed propter metrum omnino legendum أك. In versu Antarae, Zuzenio citato, eadem obtinet interpretationis diversitas, quae in nostro. Zuzenius ibi dicit. أنفذت الرمح فى جسمه. Accepit igitur ثياب non tam de vestibus, quam de toto corpore. cf. Willmet. adn. p. 201. Me quidem judice, inter explicationes, quas proponit Zuzenius, optima est secunda, ita ut ثياب non de corde, sed de ipsis vestibus usurpatum putemus. Non puto enim, ullum locum posse afferri ubi sine dubio ثياب simpliciter ponatur de corde. In versione utramque explicationem conjunxi.

V. 20. Lett. آلَّا لِتَضُرِّنِى, a ضر, noxa affecit, laesit. Sensus idem. Sed Lettius particulae الا contra gramm. dedit Eliph unionis, quod si mutatur in

haec lectio metro repugnat. Lett. قَلْب Elegantissima metaphora poeta comparat oculos puellae cum telis, quibus cor suum vulnerarit. Apponam quaedam hujus metaphorae exempla. Ita poeta in libro de Antarae et Ablae amoribus, de quo cf. Willmet. in Men. proleg. ad Ant. p. 15.

وعبلة ظبية يصطاد اسدا   باجفان سقيمات صحاح

«Abla vero est capreola, quae venatur leonem oculis languidis sed integris.» Poeta ignotus, ex versione Jon. in poes. Asiat. comm. p. 95: „Iuro per arcum supercilii et per medium corpus perque sagittas, quibus fascinum suum vibrat.“ Arabs incertus apud Jon. p. 140: „Fuit autem puella gratia, pulchritudine, venustate, perfectione praedita; egregiam habens et aequam staturam; oculos vero nigros, somni plenos, fascino Babylonio imbutos et supercilia, tanquam arcus, vibrantes sagittas aspectuum letales.“ Ita in cantic. Salom. c. IV, v. 9: „Cepisti me, o puella amata, cepisti me oculis tuis. Remove quaeso, a me oculos tuos, qui me percusserunt.“ Etiam Graeci hanc metaphoram amant. Ita poeta: ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων ἕλκος ὀλισθάινον. Anacreon pluribus in locis hac metaphora utitur. Ουχ ἵππος ὤλεσέν με, ϛρατὸς δὲ καινὸς ἄλλος ἀπ' ὀμμάτων βαλών με. Vocis أعشار in hemistichio posteriore Zuzenius duas dat explicationes, in quarum sensu ambiguo poeta mihi videtur lusisse. Secundum priorem أعشار significat rem fractam, ita uti dicitur برمة أعشار, olla fracta. Ad secundam explicationem recte percipiendam, opus est accuratiori cognitione rei aleatoriae apud Arabes. Scilicet hoc genus sortiendi vocabatur الميسر. Hoc ludi genus ita instituebatur. Empto cameli pullo et mactato et in decem partes distributo, ad sortiendum conveniebant الايسار i. e. sortitores. Sortes vero partim sibi adscriptas habebant portiones cameli, partim erant ἀσήμοι. Latine adscribam quaedam loca Arabica, quae maxime valent ad rem illustrandam: «Solebant, quoties sortiri vellent, cameli pullum, pretio facto, jugulatum, antequam sortirentur, in partes viginti octo vel denas dispartiri, cumque singulis nominatim educerentur, victores haberi, quibus prodirent sortes portionibus adscriptis, victi autem, quibus prodirent ἀσήμοι. Addam locum ex Alzamascharii commentario in Coranum:» Si cui prodiret sagitta aliqua ex iis, quibus portiones adsignatae essent, portionem illi inscriptam accipiebat, sin ex iis, quibus nullae portiones, nihil omnino accipiebat et integro cameli pretio mulctabatur.“ Duo fuisse videntur hujus ludi genera. Unum ubi

animal mactatum in portiones dividebatur viginti octo. Sortes erant decem vel undecim, quarum septem aliquid accipiebant, quae ita appellabantur: 1. الفذ quae unam designabat portionem. 2. التوأم. cui duarum nota inscripta. 3. الضريب seu الرقيب, cui trium. 4. الحلس, cui quatuor. 5 النافس, cui quinque. 6. المسبل, cui sex 7. المعلى cui septem. Sortes non signatae erant tres vel quatuor. Diversum ab hoc genere videtur aliud esse, quod Schol. ad h. v. intendit, ubi duo tantum sortes victrices erant et totum animal mactatum accipiebant. Hoc jam apparet e loco supra adscripto, ubi dicitur, camelum dividi solere in partes viginti octo, vel denas. Muhammedes Arabibus hoc ludi genus interdixit in Alcorani c. 2 ubi haec leguntur: يسالونك عن الخمر والميسر قل فيهما اثم كبير ومنافع للناس واثمهما اكبر. In c. 5 dicitur: ,,Cupit Satanas ut inter vos inimicitiam et odium procreet per vinum et Almaisar et avertat vos a commemoratione dei et precibus.“ cf. Pocock. specim. hist. Arab. ed. nov. p. 313 sqq. De Sacy, chrestom. Arab. t. III p. 23. Schultens. ad Harir. p. 127, qui nostrum locum commemorat et recte interpretatur.

V. 21. Jon. وبيضة. cf. Zuz. ad h. v. Cod. 1416. خَبَاوها. In schol. post النعامة cod. 1417 et Vatic. addit فاريد انهن بيض تشوب الوانهن صفرة يسيرة وكذلك لون بيض النعامة Verba اللون ونقاية desunt in cod. 1417. Pro. غير cod. 1417. عن. Recte monet Zuzenius وبيضة idem esse, ac ورب بيضة. Scilicet vox رب nunquam construitur nisi cum genitivo sequente. Saepe vero huic voci substituitur و, quod tunc regit genitivum. cf. De Sacy, gramm. Arab. t. I p. 367. Kosegarten. ad Amr. b. Kelth. p. 57. De غير monet Zuzenius, id poni posse seu in nomin. seu in genitiv., seu in accus.; scilicet غير est nomen adverbiascens, quod omnes tres casus suscipit. cf. De Sacy, gramm. Ar. t. I p. 375. غير معجل Ibn Nahas explicat غير خايف. Sed accuratior est Zuzenii explicatio. Dictioni لا يرام خباوها simillimus est locus in Hamasah Schultensii, p. 572.

لكل امرى شعب من القلب فارغ   وموضع نجوى لا يرام اطلاعها ✿

Reiskii in hunc versum annotationem, tanto viro minime dignam, exhibet Lettius. Reiskius ipse vero in censura ed. Lettii, objurgat Lettium quod ea publici juris

fecerit, quae in privatos sibi usus ad sui codicis marginem annotaverit, cum linguae Arabicae nondum satis peritus fuerit, dicitque se hanc notam non pro sua agnoscere. cf. nova acta erud. a. 1747 p. 686. Gloriatur in hoc versu poeta, quod amore conjunctus fuerit cum puella, ad quam aditus adeo fuerit difficilis, ut ne expeteretur quidem. Spectat hoc ad morem in Oriente obtinentem et tam notum ut taedeat exempla afferre, ut virgines et mulieres nobiles vivant ab omnium virorum conspectu remotae. Nihil igitur aliud dicit poeta, quam se usum esse consuetudine puellae nobilissimae.

V. 22. Codd. Paris. تجاورت, a جار, in VI vicinitatem inivit. Nostram lect. habent Jon. et Lett. In textu cod. 1455 est: تخطيت اهوالا اليه. Margini adscripta est lectio nostra. Cod. 1416 يُسِرُّونَ. Cod. 1417. مَقْتَلِ. In schol. verba جبل – خادم des. in cod. 1417. Cod. 1417. صنعتى, Ad sententiam cf. cum hoc versu v. 15 in Moall. Amr. b. Kelth. In posteriore hemistichio variant interpretes et quidem propter verbi سر diversas notiones, a Zuzenio allatas. Jones. vertit: „qui libenter mortem meam proclamassent." Verbum سر accepit significatione manifestandi. Lett. »qui cupidi omnes morte mea perfrui.« Dicitque سُر significare: laetus, lubens hilarisque fuit. Sed nihili est haec versio. Nam سر, hac significatione, non regit accusativum. Optio est inter duas verbi سر significationes sibi contrarias, manifestandi et occultandi. Ego quidem cum Zuzenio posteriorem praeferendam censeo. Ceterum hic versus citatur a Gieuhario, qui dicit, Asmaeum legere لو يشرون, quam lectionem commemorat etiam Zuzenius.

V. 23 Lett. الثُّرَيَّا, quae forma non occurrit et metro repugnat. Jon. تَعَرَّضَ. Cod. 1416. تَعَرَّضَ. In scholiis cod. 1416 الاخة; cod. 1417 الاخذ فى: Comparat poeta in hoc versu Plejades cum cingulo lato et explicito, auro, gemmis et unionibus interstincto, κεςῷ ἱμαντι ποικίλῳ. Tales similitudines, a stellis desumtae, omnino familiares erant poetis Arabum antiquissimis. Arabes prisci enim inprimis studiosi erant scientiae circa stellas. Dicit in hanc rem Abulfaradsch ap. Pocock. spec. hist. Ar. ed. n. p. 6: وكان لهم مع هذا معرفة باوقات مطالع النجوم ومغاربها وعلم بانواء الكواكب وامطارها على حسب ما ادركوه بفرط العناية وطول

التجربة لاحتياجهم الى معرفة ذلك فى اسباب المعيشة لا على طريق تعلم الحقايق cf. Pocock. not. p. 168. Simili modo Mohammed ben Abdalla el Catib comparat Plejades cum gemma Turchesa margaritis distincta.« Similes sunt Plejades vasi e gemma coerulea facto, super quod sparguntur septem margaritae. Ceterum de ثريا et جوزا cf. libr. Ideleri, cui titulus: « Ueber die Sternnahmen bei den Arabern etc.

V. 24. Lett. نَضَّتْ. Lett. اَلَّا In Schol. cod. 1416. فى لبسه ويجوز اللبسة بمعنى اللبس ويزيد فيها ها حالة اللابس وهيئته Nostram lectionem praeter cod. 1417. exhibet cod. Vatic. لبسة متفضل hoc lo coest vestis dormitoria. Apponam notam Ibn Nahasi, qui melius hanc vocem explicat, quam Zuzenius: المتفضل الذى يبقى فى ثوب واحد لينام او ليعمل عملا واسم الثياب الفضل ويقال للرجل والمراة فضل والمفضل الازار الذى ينام فيه

V. 25. Lett. لَكَ. Lett. et Ion. إِنْ Lett. عَنْكَ Lett. الغَوَايَةَ. Zuzen. commemorat lectionem عماية de qua sic Ibn Nahas: وروى الاصمعى عماية مصدر عمى

In schol., post voc. الفعل, cod. Vaticanus, teste cl. De Sacy addit. ويجوز يمين الله على انه مبتداء وخبره مضمر تقديره يمين الله قسمى عن ابن على الفارس Bene monet Zuzenius, accusativum يمين pendere a verbo subcogitato. Talis auloquendi modas sexcenties in Alcorano occurrit et vario modo ab interpretibus explicatur, dum sensus modo hoc modo illud verbum, quod suppleatur, postulat. conf. De Sacy gramm. p. 70 sqq. Similis est alius Amrulkeisi versus, citatus a Scholiasta ad Ibn. Doreidi poemation, ed. Agg. Haitsma p. 21 وقلت يمين الله ابرح قاعدا „Dixique per dextram dei, non cunctaturus sum sedendo.“ In hoc versu subcogitanda est negatio. cf. De Sacy, gramm. Ar. t. II. p. 558. Recte dicit Zuzen. ان in dictione وما ان esse particulam expletivam. Particula ان enim, quae interdum habet significationem negativam, usurpatur ad augmentandam vim particulae negativae ما, e. c. ما ان رايت لهم فى الناس امثالا. „Non vidi inter homines eorum similes.“ cf. De Sacy, gramm. Ar. t, I., p. 380. 402. In hoc versu vertendo lapsus est Lettius. Vertit enim:“. dicebatque, per dextram dei ne utaris aliquo dolo, nec videam errorem a te detegi.“ In priori hemistichio

6

non bene cepit vocem حبلة, quam etiam Ibn Nahas recte explicat: قال ابن حبيب معنى ما لك حبلة اى لا اقدر ان احتال فى دفعك Ion. liberius vertit: ,,dixit illa per deum, porrexitque caram mihi manum, non possum te repellere. Intelligo enim coecitatem affectus tui non posse removeri.“ In priori hemistichio non bene cepit dictionem يمين الله, in posteriori secutus est lectionem عماية. Commemoratu digna est alia explicatio hemistichii prioris, quam exhibet Ibn Nahas. معنى البيت انها خافت ان يظهر عليها ويعلم بامرها Secundum hanc explicationem ita est vertendum; Non possum te effugere, i. e. nihil mihi prodest simulatio mea, quia tu eam perspicis et animadvertis.

V. 26. Pro فقمت بها codd. Paris. خرجت بها. cod. 1455. in margine habet nostram lectionem, quae praeferenda est, quia خرجت بها et امشى meram efficerent tautologiam. Vox على apud Lett. est in fine hemistich. prioris, contra metrum. Lett. et Ion. أثرنا Zuzen. ad h. v. dicit esse, qui legant: بنير (انيار) مرط et او من عزى نير explicat per علم الثوب, nota vestis. Ion. مرجل. In schol. vocibus in cod. 1416. plura imposita sunt puncta. Librarius videtur haec verba pro spuriis habuisse, cui sententiae ego non valde repugnaverim. Lett. in textu legere vult مرجل et nititur auctoritate Ibn Nahasi, qui haec habet. المرجل الذى فيه صور الرجال من الوشى Sed sine dubio corrigendum رحال. Egregie versum nostrum illustrant verba Reiskii, in not. ad Thar. p. 43: ,,Interdum etiam soli, non ad remota quidem loca, sed propinqua, excurrebant per tenebras, ut quarum accessu interdiu armata manu prohibebantur, noctu illis possent frui; quam in rem longae ipsorum vestes opportunum admodum ipsis usum praestabant, laxo scilicet impressa terrae vestigia delentes syrmate, ut venustulus ille Amrulkeis in prima Moallaka in se docet.“

V. 27. بنا ap. Lettium est in fine hemistichii prioris. Pro حقاف Lett. قفاف. Hanc lectionem commemorat etiam Zuzenius dicitque, esse hoc pluralem vocis قف, quae significet locum editum, qui montis altitudinem non attingat. In schol. ad marg. cod. 1416 adscripta leguntur haec الخبت المتسع من بطون الارض Pro ساحة الحلة cod. Vatic. ساحة الحى. cod. 1416 طابت. Dicit Zuzenius secundum Grammaticos Cuficos و in voce وانتحى abundare, ita ut talis existat sententiarum nexus: cum pertransissemus, apparuit nobis. Sed quamvis non omnino

negaverim, و hoc modo poni posse, tamen si alia explicatio praesto est, ea recipienda. Equidem vero assentior Lettio et Ionesio, qui versum sequentem pro apodosi hujus versus accipiunt.

V. 28. Cod. 1455 hemistichium prius sic habet: اذا قلت هاتى نولينى تمايلت quam lectionem Zuzen. et Ibn Nahas commemorant et explicant. Ibn Nahas dicit; نولينى من النوال وهو العطية قال ابو حاتم التنويل التقبيل. Cod. 1416 هضم Recte monet Zuzenius, vocem هضيم carere nota feminini, quia sit significatione passiva. Adjectiva formae فعيل enim, si sunt significatione activa, terminationem femininam admittunt, si sunt significatione passiva, carent nota feminini. cf De Sacy gramm. Ar. t. I. p. 257. Vocem ريا ita explicat Ibn Nahas. قال ابو الحسن ريا فعلا من الرى والرى انتهاء شرب العطشان فقيل لكل مملى من شحم ولحم ريان

V. 29. Lett. مُهَفْهَفَةٌ. Lett. غُيَّم. Lett. مَصْقُولَةٌ Ibn Nahas dicit وروى بعضهم مصقولة بالسجنجل وقال السجنجل الزعفران. Eodem fere modo, quo Amrulkeis pectus amatae comparat cum speculo, Amru ben Kelthum comparat pectus amatae cam capsulis eburneis. ,, Et mammas capsulis eburneis similes, custoditas a manibus tangentium.“ cf. Iones. poes. Asiat. comm. p. 69. Vocem مهفهفة ita explicat Ibn Nahas: مهفهفة الحسنة الخلق ولا تكون مهفهفة حتى تكون مع حسن خلقها ضامرة الخصر

V. 30. Apud Lett. vers. 29. statim excipit v. 31. Hic versus est apud eum ordine 41, in cod. 1455 autem ordine 40. Codd. Paris. et Ion. nostrum ordinem habent. Lett. بياضِ Lett. بِصُفْرَةٍ Lett. الماءُ. Cod. Vatic. غير المحلل. In schol. cod. 1417 وانما قال غذاها نمير الما لان الما اكثر. Pro وانما شرط cod. 1416 ولذا شرط. Vox انه ante اراد deest in cod. 1416 et 5. Cod. 1416; ويروى فى البيت بنصب. Cod. 1417 ويروى ان البيت بيض. Nostram lectionem praebet cod. Vatic. Cod. 1416 et 5 pro كقولهم leg. بقولهم Saepissime Arabum poetae rem, quam designant, non nominant, propterea quod, qui vel legat vel audiat ex epithetorum qualitate et sermonis filo facile possit sensum assequi. cf. Reisk. ad Thar. p. 86; et hoc in poetis interpretandis plurimas gignit difficultates. Quippe plurimis in

locis res diversae substitui possunt. Ita in nostro versu tres proponuntur a scholiaste explicationes. Si primam explicationem sequimur, bene quidem se habet hemistichium prius. Ova struthiocamelorum enim sunt alba, intermixta flavedine modica. cf. Willm. ad Ant. p. 121 et hic color mulierum apud Arabes pulcherrimus putatur. cf. Zuzen. ad v. 21. Secutus est etiam hanc explicationem Ibn Nahas, qui dicit البكر هنا بيض النعامة. Sed tunc non bene convenit hemistichium posterius. Quid enim ad rem an struthiocamelus biberit aquam limpidam et claram? Zuzenii explicatio, nempe aquam limpidam esse nutrimentorum optimum, est coacta et frigida. Hanc explicationem secutus est Lettius, qui vertit: ,,Sitque instar primi ovi struthiocameli, coloris albi flavo mixti, quam enutrivit aqua salubris, neutiquam frequentata;" et Iones. qui vertit:" aut similis ovo puro struthiocameli coloris albi flavo mixti, qui nutritus est aqua non turbida." Ex mea quidem sententia praeferenda est secunda explicatio. Si hanc enim admittimus, optime convenit hemistichium posterius cum priore. Vocem نمير nihil difficultatis facere jam monet Zuzen. et diserte dicit Ibn Nahas: نمير الما الذى نجع فى شاربه وان لم يكن عذبا. Hanc explicationem praebet etiam Tebrizius: قيل انه يريد البكر هنا الدرة التى لم تثقب وكذا الوان الدرة ويصف ان هذه الدرة بين الماء الملح والعذب وهى احسن ما يكون Explicatio tertia sensum fundit satis aptum et haec comparatio non omnino inusitata. Ita dicit Tharaphah v. 30 ex vers. Reisk. ,,Gena candet ceu Damascena charta et labium nigricat ut corium Jemanicum, cujus corrigia rugas non conducit." cf. Reisk. ad Thar. p. 78. Sed tamen haec similitudo est longius petita et quae non facile alicui in mentem veniat. محل derivari potest ab حل licuit, aut ab حلول descendit; sed posterius videtur aptius esse.

V. 31. Lett. أَسْبِلِ. Cod. 1455 pro عن اسبل legit عن شتيت. Hanc lectionem etiam Ibn Nahas secutus est et ita explicat: الشتيت المتفرق ويعنى ثغر شتيت ثم اقام الصفة مقام الموصوف. Secundum Gieuharium haec vox significat rarioribus interstitiis dentium seriem. Pro من وحش cod. 1455. من ادم Lett. وَحْشِ. In schol. pro الضرب cod. 1417 et cod. Vat. الصرف. Pro اقام cod. 1416 اقيم. Cod. 1417 البد واقام et المضاف deest, Post مقامه addit cod. Vatic. هذا كلامه ولم يتعرض لذكر موصوف يتبعه مطفل والكلام لا يستقيم الا

بتقديره فالتقدير بناظرة مثل ناظرة وحشية من وحش وجرة مطفل ليكون كل واحد منهما وصفا لذلك المضمر ان يمتنع اجراء مطفل وصفا على وحش وجرة لما حصل بين الاسمين من المغايرة بالتعريف والتنكير. Wedschra, auctore Gieuhario et commentatore Nabegae, est nomen deserti, feris abundantis. Gieuharii verba haec sunt! قال الاصمعى وجرة بين مكة والبصرة وهى اربعون ميلا ليس فيها منزل فهى مرب للوحوش. Commentator Nabegae haec habet: خص وحش وجرة لانها فلاة يقال ان فيها ستين ميلا والوحش يكثر فيها ويقال انها قليلة الشرب فيها. cf. Abulfedae descript. Arab. t. III geogr. vet. script. Graec. min. p. 6. Rommel., Abulfedae descript. Arab. comm. perpet. illustrata. Götting. 1802, p. 25. 80. De Sacy chrestom. Arab. t. III p. 64. sqq. Praeter Nabegam etiam Lebid in Moall. conjunxit وحش وجرة

زجلا كان نعاج توضح فوقها وظباء وجرة عطفا ارامها ✩

In hoc versu cl. De Sacy litteram ت in voce توضح instruxit vocali Phata, cum tamen, ut diserte dicit auctor lexici Camus dicti, quem nos secuti sumus in v. 1, instrui debeat vocali Damma. Adscribam notam De Sacy ad hunc versum, quae etiam versui nostro lucem affundit: »le poète compare ces femmes à des biches à cause de la beauté de leurs yeux, et à des gazelles à cause de la grâce de leur cou et de la douceur de leurs regards. C'est surtout lorsque la gazelle se retourne, que les grâces de son cou se déploïent et ses regards ne sont jamais plus doux, que quand ils se portent sur son faon.» De Sacy ad Lebid. Moall. p. 152. Usitatissima est mulierum comparatio cum dorcadibus et gazellis aliisque hujus generis animalibus. Causam refert Zuzenius, in notis msscr. ad Nabegae v. 34: كالغزلان فى حسن اعينها واجيادها. Summo studio vero hanc imaginem persecutus est Antara in Moall. v. 57–60. Ob magnam exemplorum copiam, nolo plura adscribere. Plura qui velit, adeat Willmet. ad Ant. p. 219 sqq. De Sacy, chrestomath. Arab. t. III p. 64. 162. Lett. ad Caab. b. Zohair p. 98 – 99. Etiam in Salomonis cantico dorcades et hinnuli suavissimis comparationibus inserviunt. Ita c. IV v. 5: »Duae mammillae tuae ut duo hinnuli gemelli capreolae pascentes inter lilia.» Cap. III c. 8. 9. ,,En vocem amici mei – hic est – venit – Saltat per montes – transilit per colles. Similis est amicus meus dorcadi, aut hinnulo cervino.“

V. 32. Lettius et Jon. وجيد, ita ut constructio pendeat a versu praecedente. In schol. cod. 1417 تجلى Pro الظبى cod. 1417 الغزال. Cod. 1416 وفى. Sed melius est وهو, ita ut referatur ad عنق. Vox لا ante يشبه deest in cod. 1416 et 5. ليس بفاحش proprie significat: non est in deformi. Non rarum hoc dicendi genus apud Arabes. Ita dicit Abulkabir Hudeilitá in Hamasah:

واذا يهب من المنام رايتـــــه كرتوب كعب الساق ليس بزمل ☆

„Eundem, e somno expergefactum, cernere sit erectum stare, instar tali cruris, qui minime claudicet.“ Comparatur collum mulieris cum collo dorcadis, cum illud erigit. Dicit scholiastes ad Ibn Faredh الغزال غاية حسن فى الالتفات. cf. De Sacy, chrestom. Ar. t. III p. 162. Poeta ap. Schroed. in origg. p. 121 dicit اذا احست من نباة خبرا نصت له الجيد. „Quando lenem percipit strepitum, ad eum collo emicat.“ Eandem comparationem habet Antara v. 60, quem ita vertit Menil.“ „Respiciebatque illa collo converso, quale reflectit capreae pullus; pullus, inter hinnulos incedendo cum matre jam aptus caeterisque praestans, labiis superne nasoque albicantibus.“ Cf. Willm. ad Ant. p. 220. Colli ornamentorum pretiositate gloriari solebant mulieres Arabum. Ita dicit Amara al Jemani in carmine funebri, ap. Jon. l. c. p. 245: „O fortuna, manum gloriae exarescere fecisti et collum ejus, post ornamentorum pulchritudinem, monilibus nudasti.“

V. 33. Jon. وفَرْعٍ Lett. وفَرْعٌ Lett. أَسْوَدُ. Lett. أَثِيثُ. Lett. الْمُتَعَثْكِلِ, contra metrum. In schol. pro يقول cod. 1416 et 1417 يقال. Cod. 5 يقول تام يزين. Pro ذوابتها cod 1416 ذراعيها. Pro نخلة cod. 1417 شجرة Cod. 5 بقنو النخلة التى قنواتها خرجت. Pro شبه cod. 1417 et cod. Vatic. تشبه. Comparat poeta amatae comam spissam et implexam cum racemis palmae. Ita dicit Nabega, ap. De Sacy, chrestomath. Ar. t. III p. 54:

وبفاحم رجل اثيث نبتـــــه كالكرم مال على الدعام المسند ☆

„Et avec une chevelure noire, longue et touffue comme le feuillage d'une vigne, qui recouvre l'echalas qui la soutient.“ Eandem similitudinem fortasse innuit Salomon in cant. C. I v. 14:“ Uva Cypria est amicus meus, ex vineis En-

geddensibus.“ Capillus crispus ab Orientalibus pro pulcherrimo habetur. Cf. cant. Salom. c. V v. 11. „Caput habet auro optimo simile, crispam caesariem, corvo nigriorem,“

V. 34. Jon. غدايرها Lett. غدايره. Lett. مُسْتَشْزِرَاتٌ. Jon. مُسْتَشْزِرَاتٌ. Codd. Paris. العلا Lett. مُثَنًّى, contra metrum. Variam lectionem Ibn Nahas commemorat his verbis: ويروى تضل المدارى اى لكثافة شعرها والمدرى مثل السوكة تحك بها المراة راسها. Describit poeta amatae cincinnos in altum contortos et libere dimissos. Coma nigra enim, prolixa et implicita, laudi erat mulieribus Arabum. Ita canit Amrulkeis, ap. Reisk. ad Thar. p. 54:

باسود ملتف الغداير وارد   وذى اشر تشوذه وتنوص ✿

„Nigra cum coma, cirris implicita, prolixa, et serrato dente, quem polit et fricat.“ De voce شزر bonam Gieuharii notam exhibet Lettius, quae longior est, quam ut adscribere possim. Praeterea de hac voce disputavit Reisk. ad Thar. p. 73. عقاص, quod a Zuzenio, Ibn Nahaso, aliisque recte explicatur, Lettius false interpretatus est. Dicit enim: „ego capio pro singulari, ut sit funiculus, quo promissae comae extremae religantur.“ Qua auctoritate vero nisus, hanc vocem ita capiat, non addit. Inde hunc versum ita vertit. „Cincinni ejus in altum contorti, ut erret funiculus, quo comae religantur, in flexis et solutis capillis.“ Eodem modo vertit etiam Jonesius.

V. 35. Lett. مُخَصَّرٍ Lett. وَسَاقٍ Lett. كَأُنْبُوبِ. In schol. pro وانما cod. 1416 ولذا. Post. المسقى cod. 1417 add. المذلل, Duae hoc versu continentur similitudines et quidem in hemistichio priori comparat poeta puellae latus propter gracilitatem cum habena tenui. Difficilius est hemistichium posterius, quod Lettius se non intelligere fatetur. Etiam Zuzen. videtur fluctuare in interpretatione. Mihi ita accipiendum videtur. Comparat poeta tibias amatae cum tubulis palmae bene rigatae. De السقى bona est Ibn Nahasi observatio: والسقى النخل المسقى كما تقول مررت برجل قتيل اى مقتول. Vocem مذلل Ibn Nahas diversis modis explicat: المذلل فيه اقوال احدها انه الذى قد سقى وذلل بالماء حتى يطاوع كل من مد اليه يده والقول الاخر حكاه ابو الحسن عن بندار قال المذلل الذى تفيه ادنى

الرياح لنعمته ولينه قال تع وذلك قطوفها تذليلا والقول الثالث انه يقال نخل مذلل اذا امتدت اقناوه واستوت والمعنى على هذا انه شبه ساقها ببردى قد نبت تحت نخل والنخل يظله من الشمس وذلك احسن ما يكون منه Harum explicationum prima mihi praeferenda videtur, quam probavit etiam Jonesius. Simili modo Amru ben Kelthum v. 18. tibias puellae comparat cum columnis eburneis. Cf. cant. Salom. c. V. v. 15: „Crura columnae marmoreae nixae basibus aureis, adspectus Libani similis, eximius sicuti cedri.“ „Conferri etiam meretur c. VII v. 7. 8, ubi puella comparatur cum palma.“ „Quam pulchra, quam formosa es, amore appetenda! Ista tua statura palmae similis et mammae tuae uvis.“

V. 56. Lett. ويضحى. Ex hac lectione omnino alius sensus prodit, quam ex nostra. Lett. enim ويضحى conjugit cum فتبيت. Cod. 1455 ويضحِى. Lett. نؤوم. Recte Zuzen. عن تفضل explicat بعد تفضل. cf. De Sacy, gramm. Arab. t. I p 363, qui nostro etiam exemplo utitur. Adjectiva formae فعول, ut نووم, carent terminatione feminina, si ponuntur significatione activa. cf. De Sacy, gramm. Ar. t. I p. 253. Ad تنتطق لم recte supplet Ibn Nahas للعمل. Recte Zuzenius monet, ضحى hoc loco idem significare, quod كان. Sunt enim in lingua Arabum verba quaedam, quae praeter notionem τοῦ esse, nihil habent nisi significationem temporis, loci, etc. Saepe vero haec significatio abjicitur, ita ut haec verba adhibeantur tanquam synonyma verbi كان e. c. صار امسى اصبح. Hujus generis est etiam ضحى, quod proprie significat: esse in medio temporis matutini. cf. De Sacy, gramm. Ar. t. II p. 51. Ibn Nahas hanc vocem significatione propria accipit: يضحى اى يدخل فى الضحى كما يقال اظلم اذا دخل فى الظلام وتقول اصبح او امسى اذا دخل الاصباح والامساء. Describit in hoc versu poeta puellam suam tanquam mollem et delicatam et vitam agentem suavem sine labore. Simillimus est locus suavissimus in cant. Salom. c. V v. 3. 5. „Exui meam tunicam, quomodo eam induam? Surrexi ad aperiendum amico meo. Tum manus meae manabant myrrha et digiti myrrha optima per annulos pessuli.“

V. 57. Lett. غبر Jones. كانه et ita semper, ubi scribendum كَأَنَّهُ cf. De Sacy, gramm. Arab. t. I p. 396. Lett. مَسَاوِيكُ. Lett. إِسْحِلٍ. Comparantur digi-

giti puellae cum vermi et cum ligno arboris cujusdam. Jon. poes. Asiat. comm. p. 102. hanc annotationem in versum nostrum exhibet.“ Quis hunc versiculum potest intelligere, nisi qui sciat يسروع vermem esse longum, candidum habentem corpus et rubrum caput, cum quo puellae digiti, herba quadam purpurea tincti, comparantur, et Ishil ligni albi esse genus, quo defricantur dentes? Cf. v. Nabegae ap. De Sacy, chrestom. Ar. t. III p. 54: „Avec une main delicate, teinte du suc de Henna et dont les doigts semblent des fruits d'anem, detachés de leurs rameaux.“

V. 38. Cod. 1416 ظلاما Lett. مَنَارَةُ Lett. مُتَبَتِّلِ. Dicit Zuzenius plur. vocis راهب esse رهبان et ab hac forma secundum formari pluralem رهابنة cf. De Sacy, gramm, Ar. t. p. 268. Scilicet sunt nomina satis multa, derivata a radice trilittera, quae pluralem formant, ut nomina quadrilittera. ct. De Sacy, gramm. Arab. t. I p. 289. Comparat poeta faciem lucentem puellae cum lampade monachi, claram lucem spargente. Ita puellae faciem cum sole comparat Tharapha v. 10. „Faciem indutam quasi solis pallio, candoris illibati, et pellis sine rugis explicita.“ Cf. locum divinum in cantico Salomonis, c. VI v. 10.:“ Quaenam illa, quae instar aurorae prospectat, pulchra sicuti luna, pura ut sol, terribilis ut acies instructa.“ In hemistichio posteriori est interpretationis diversitas. Lett. vertit: „Ac si esset lucerna vespertini monachi, cellae inclusi.“ Quid sit vespertinus monachus non intelligo. Jonesius vocem مُتَبَتِّلِ eodem modo vertit, quo Lettius.“

V. 39. In cod. 1417 est lacuna. Cod. 1416 et Jon. مثلها. Lett. يرنوا cf. De Sacy, Ar. t. I p. 88. 175. Jon. أَسْبَكَرَّتْ. مثل non tantum de re simili, sed etiam de re ipsa solet adhiberi. cf. Ibn Nahasum ad Thar. v. 39. Reisk. adnot. p. 86. Constructio بين درع ومجول non est inusitata. Ita dicit Thar. v. 47 قينة تروح علينا بين برد ومجسد. „Fidicina qua simul striata deambulat ac crocotula.“ De veste درع cf. De Sacy, chrestom Arab. t. II p. 90. De اسبكرت ita Ibn Nahas:
واسبكرت اى امتدت. قال الاصمعى اسبكرت اى استرخت من قولهم امراة مسبكرة اذا انتهى شبابها ويقال اسبكرت اعتدلت من قولهم فلان مسبكر

اذا استوى قايما. Bonam Gieuharii de hac voce annotationem affert Lettius, quae longior est, quam ut exhibere possim.

V. 40. Cod. 1416 عَمَايَات. Lett الصّبا. Lett. هَوَاهَا

V. 41. Lett. رَدَدْتُهُ. Jon. الاَّ Lett. نَصِيحٍ. Lett. غَيْرُ. Saepissime Lett. in hac voce erravit, quia putabat nullam aliam existere formam, nisi غَيْرُ Lett. مُوتَلِي. Lett. posterius hemistichium ita vertit: ,,Sincerus in eo castigando, neutiquam restrictus.“ Vocem خصم, in nomin. positam, ad ipsum poetam rettulit. Ego vero hanc vocem, in genitivo positam, conjungendam censeo cum نصيح.

V. 42. Iam, missa puellae descriptione, poeta transit ad aliud argumentum. Scilicet gloriatur quod saepe jam perpessus sit terrores noctis et itinerum. Non temperare mihi possum, quin adscribam adnotationem Reiskii, huc spectantem: ,,Tharapha et cum eo omnes poetae Arabum semper et ubique de itineribus suis per vastas solitudines, aegre quidem, absolutis tamen, gloriantnr. Qui legerit, quae Arrianus, de expeditione Alexandri M. l. VI. c. 24. 25. p. 264 sqq. narrat, aut scanderit maris ad Nortvicum, a nobis proximi, arenas, sterili alga fertiles, aestivo ardore fatigatus, aliqua ex parte subeundos illic terrores et devorandas molestias animo possit concipere. Diurni solis caloribus conflagrari; horrendis noctu spectris exagitari; impeti et vexari a truculentissimis feris, inopia cibi et potus languere, distrahi viarum ignorantia, qnas venti pulverem converrentes delent; submersum inter arenarum fluctus elidi et saltitantium denique vaporum turbinibus circumagitari et occoecari, ea demum vel audacissimo putem posse metum incutere.“ Reisk. ad Thar. p. 87. Similis huic nostro versui est locus Schanfarii ap. De Sacy, chrestomath. Arab. t. I. p. 319, quem idem vertit t. III. p. 8: ,,Combien de fois pendant une nuit rigoureuse, où le chasseur brûloit pour se chauffer, et son arc et ses flèches, son unique trésor, je n'ai pas craint de voyager malgré l'epaisseur des tenêbres et la pluie, n'ayant pour toute compagnie, quae la faim, le froid, la crainte et les alarmes.“ Egregie etiam hanc rem illustrat locus Omajae ben Ajedz ap. Reisk. p. 90, qui longior est, quam ut adscribere possim. Sed adscribendus alius ejusdem poetae locus ap. Reisk. p. 87, in quo, ut in nostro versu, noctis tenebrae comparantur cum maris flüctibus. ,,Ego sum pervasor per curva anfractuum praecipitia, in quibus struthiocameli et sibilus

Satyrorum et Empusa. Et nocte horrida, profusa, cujus terebrae stupendae et densae, ut in Sigzan nigrescit nubes cyanea δυσανόεσσα, pervasi, cum comites essent, quasi duo rami flexiles Cherwaae prae somno, licet occurrat transversa nigredo, ut abyssus Oceani, palpabilis et bombosum desertum, ob terrorem cavendum, χαῦνον in quo erret hodegeta, in quo feralis bubo crocitat et caecutit nocturnus viator et pavore disperit. cf. Thar. v. 59 sqq.

